



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



808383

38-2607





483  
ABSCONDITORUM  
à Constitutione Mundi  
CLAVIS,

*quæ*  
Mens humana tam in divinis,  
quàm in humanis pertinget ad  
Interiora Velaminis  
ÆTERNÆ VERITATIS.

GUILIELMO POSTELLO  
ex Divinis Decretis  
Exscriptore.


*Vnâ cum Appendice*

P R O P A C E

RELIGIONIS CHRISTIANÆ.

*Editore*

A. FRANC. de Monte S.



AMSTERODAMI.  
Apud IOANNEM IANSSONIUM.  
Anno 1646.



*Ex Libris*

*Petri Adamoli*

*Regi à Consiliis, à portibus  
pontibus, transitibus que  
urbis Lugdunensis ac  
veteris Provinciae Summi*

*17. 33.*

808383

38-2607







44883  
ABSCONDITORUM  
à Constitutione Mundi  
CLAVIS,

*quâ*  
Mens humana tam in divinis,  
quàm in humanis pertinet ad  
Interiora Velaminis  
ÆTERNÆ VERITATIS.

GUILIELMO POSTELLO  
ex Divinis Decretis  
Exscriptore.


*Vnâ cum Appendice*

P R O P A C E

RELIGIONIS CHRISTIANÆ.

*Editore*

A. FRANC. de Monte S.



AMSTERODAMI.

Apud IOANNEM IANSSONIUM.

Anno 1646.



V I R O

qua Profapiam,  
qua Sapientiam

*Verè*

NOBILI & GENEROSO

DN. WERNERO

à PALLANT,

*Hereditario in Iffum*

&c. &c.

*Favitori suo atatem colendo*

S. I. C.

TRANQUILLITATIS & INNOCENTIÆ

Studium illud , è Mun-  
do quod nunc exulat sa-  
crofanctum , magno nuper  
cum investigarem Desiderio  
MAGNIFICE & NOBILISS.

DN. *Fautor Honorande* , man-  
sionem, è millibus , vel apud  
TE unum fecisse, non minori  
meo Bono & Solatio , com-  
pertus sum.

A 2 Memor

Memor itaque *Pietatis* &  
*Benignitatis* in me Tuæ, non  
potui, quin, in grati animi  
signum, exiguum hunc Li-  
bellum è curta Exilii mei su-  
pellectile depromerem, &  
auctum ac emaculatum M.  
& G. Nob. T. inscriberem &  
dicarem. Quem, ut eâ qua  
Mente serenâ, Manu amicâ  
soles, suscipere velis, meque  
miserum extorrem Favore &  
Patrocinio Tuo ulterius fo-  
vere digneris, obnixè rogo.  
VALE & VIVE in Eo, quem  
in Te valere & vivere v. n. i.  
c. e. desideras, ΧΡΙΣΤΩ, quo  
*Nil est triste Recepto!* ita Tibi,  
Tecumque sibi & omnibus  
G. Nob. T.

*Observantis.*

A. V. F.

P R Æ-

# PRÆLOQUIUM

ad amicum Lectorem ; cui  
LUCEM & PACEM.

I N

D. N. I. C.

Sempiternam.

**E**X Igne Lux, ex Bello Pax, ex  
Forti dulcedo, Tandem, serò  
licet ! quia nimirum, juxta  
Platonis Sigillum, FACILIUS EST  
MOVERE QUIETUM, QUAM  
QUIETARE MOTUM. Quare.

Conturbare Cave, non est pla-  
care suave.

Ni- hilominus post Classicum Iubilus,  
Dies post Noctem, Æstas post Hyemem  
ut maturetur, miserorum quilibet optat.  
Et æquum est ut, sicut quercu dejecta

## PRÆLOQUIUM.

*quivis ligna colligit, ita suborto incendio non nemo flammam sopire concurrat; non verò Ignem Gladio fodiat neve Oleo restinguere male. sanus, aut Ξαίρηναι & allaboret. Id quod unum in Votis Boni habemus omnes. Hoc præsertim Tempore, quo ORBIS CHRISTIANUS, fucato & versipilli Veteris serpentis astu miserabiliter divisus & divulsus, necessariam sui querit Restaurationem per PRECES & LACRYMAS, nec non Piorum & Sapientum VIRO RUM Consilia & Exhortationes; quibus SALUS POPULI CHRISTIANI, Conscientiarum nempe Pax, & Regnorum securitas, cordi atque cura, adeoque SUPREMA LEX EST.*

*Quorum è numero inter Primos haud Postremus, SERÉNIS. & POTENTIS. REX, ET DOMINUS, DN. VLADISLAUS IV. VICTOR ET TRIUMPHATOR PACIFICUS, Regium VIRTUTIS & FELICITATIS sua THRONUM insigni Hoc  
ornare*

## P R Æ L O Q U I U M.

*ornare voluit augmento , augere orna-  
mento, ut, post Armis & Legionibus  
egregiè partam atque comparatam P O -  
LITIAE Tranquillitatem , Literis et-  
iam & Legibus ECCLESIAE paternè  
procurare studeret Concordiam & salu-  
tem , deputato in Regiâ suâ Civitate  
THORUNIENSI COLLOQUIO  
CHARITATIVO. Rem profectò  
(universo inprimis jam penè conflagran-  
te Mundo ) REGE Magno , atque  
PROTECTORE Christiano , di-  
gnissimam, decentissimamque.*

*Cujus ineunda vel & obtinenda Fun-  
damentum atque Rationem quandam  
universalem Autor noster Pando-  
chæus mysticè Hic subdelineare , alibi  
verò planius & plenius elucidare atque  
demonstrare videtur. De quo & apud  
Doctos , & ex Scriptis ejus constat, eum  
Pan-sophiæ sive sapientia universalis,  
hoc est VERITATIS & CHARI-  
TATIS (quibus unis una Salus & Vita  
constat mortalium) VIRUM suo seculo*

## PRÆLOQUIUM.

*studiosissimum & amantissimum fuisse.*

*Vnde præ aliis à DEO per NATURAM id muneris & honoris obtinuit, ut, ob longinquas Peregrinationes, & Res ubique Piè & Eruditè gestas, XII, plurimum haud ignarus, Linguarum Professor; & Civis præterea Hierosolymitanus, Alexandrinus, Constantinopolitanus, Romanus, & Parisiensis (ubi & natus & denatus) salutari, & quod singulare est, Annum ætatis CXXX (adtestante Helisæo Rœselino de expeditione Aquilo-nautica & stellâ novâ cap. 7. p. 43.) Anno 1581. M. Septembri, beatè moriendo adtingere, si non vivendo complere, meruerit. Quid verò peregrinando, discendo, scribendo, docendo, per tot Vita Lustra præstiterit, superius seculum; unà cum Libris ejus, in Appendice nostro memoratis, pluribus edocebit.*

*Præsentem autem ejusdem Autoris Libellum ( Absconditorum à constitutione mundi CLAVEM ) ante*  
*Centum*



## PRÆLOQUIUM.

*Centum annos in illustri Basileâ editum, ided sub incudem revocavimus, ut sacro-sanctum Antecessorum nostrorum, circa salutarem Universalis Pacis & Concordiæ stabilienda normam & formam, adhibitum Studium & Desiderium, non nihil recoleremus; insimulque Mysteriorum intimaremus Dispensatoribus, quàm Bonum, quàm Jucundum, atque aded PULCHERRIMUM & SALUBERRIMUM sit Orbi Christiano, Christianorum Animos ac Animas non Vi & Metu, Armorumve carnalium Impetu & strepitu, ad Christos, seu CHRISTI servos & Proxenas, peculiari Religionis vultu ac cultu prosequendos, graviter compellere; sed SPIRITU CHRISTI, hoc est, Lenitatis & Humilitatis potiùs ad Ipsum CHRISTUM, DOMINUM & Sponsum Conscientiarum Fide sanâ & Vitâ sanctâ fortiter amplectendû & humiliter imitandum, suaviter compellere. Quoniam juxta Clavem Propheticam*

# PRÆLOQUIUM.

(3. Reg. c. 19. v. 11, 12. ) *neque in Spiritu (Mundi & Natura) grandi, neque in commotione, (legis fulminantis) neque in Igne (Iudicii Zelotis) DOMINUS [יְהוָה] sed in Sibilo Auræ tenuis : quæ est Vox Gratia & Eu-Angelii PACIS. Et H. I. C est JESUS : Filius ille Dilectionis ; in quo solo Anima SALUS, Pax & Requies, & omnis Voluntas & Voluptas PATRIS Omnipotentis. BENEDICTUM sit Nomen Eius !*

*Quod UNUM, idque apprimè NECESSARIUM, siquidem nullatenus adeò uti par erat, vigilanter ab omnibus huc usque observatum, sed, ne dicam gravius, imprudenter ab innumeris obpugnatum est, in causâ est, ut, quod sumus ; in toto scilicet hoc Orbe EURO-PÆO, Discordes, Odibiles, Impersuasibiles, Invidi, Elati, Rixantes, sine Spiritu, sine Fide, sine Charitate, sine DEO, & (eheu! Christiani) sine CHRISTO; simus.*

Faxit

## PRÆLOQUIUM.

*Faxit JEHOVAH, JESUS in-*  
*quam Via, Veritas & Vita eterna, sive*  
*Credendorum atque Faciendorum RE-*  
*GULA unica planeque Aurea & Cano-*  
*nica nostra, ut, Quæ, Qualia, & Quan-*  
*ta hæc sint, intimiùs, quàm hætenus*  
*factum est, rimando, persentiscamus;*  
*CHARITATI plus studeamus; & o-*  
*mnia studia & Exercitia nostra in unam*  
*VNIUS-JESU CHRISTI Regis & Sa-*  
*cerdotis nostri Catholici & Oecume-*  
*nici Gratiam & Gloriam salvificè & pa-*  
*cificè convertamus. Prasertim cum septi-*  
*ma illa classis Macariorum (Matth.*  
*cap. 5, vers. 9.) insignem hanc habeat*  
*Epigraphen:*

## BEATI PACIFICI,

*Quoniam ipsi FILII DEI voca-*  
*buntur:*

*Quemadmodum & in Tertiâ (ibi-*  
*dem vers. 5.)*

PRÆLOQUIUM.  
BEATI MANSUETI,

quoniam ipsi Terram (*promissionis,*  
*viventium*) hæreditabunt.

*Scriptum sub Vmbrâ*

GAN EDENIS, ad Latera AQUILONIS:

*in Civitate Regis Magni:*

*A<sup>o</sup>. Pacificationis, quo.*

sVb VVLADISLAI QVARTI  
*benè VIVIt Vr VMbrâ!*

A. V. F.

ABSCON.

## ABSCONDITORUM

à constitutione Mundi

## C L A V I S,

quâ

*Mens Humana, tam in Divinis,  
quàm in Humanis pertinger  
ad Interiora Velaminis,  
æterna Veritatis.*

## C A P V T. I.

**S**icuti in Individuis aut particularibus, in quibus deveniri ad Infinitum est impossibile, Deus Opt. Max. ita abdedit futurarum Naturarum, ex illis sensim procedentium, rationes, ut reverâ nil sit in quantavis Multitudine, quin illud idem primò & maximè in primo fuerit Individuo: sic etiam in rebus sacris, quarum gratiâ sunt profanæ, opus est Deum perfectissimum fecisse.

2. Quemadmodum igitur *Secula* semper proficere tam in excitandis naturis homini subjectis, quàm in earum naturarum cognitione, Virtuteque tam  
animi

animi quàm corporis adipiscendâ debueret, ut reverâ etiam mediis in tenebris & vitiis factum est; sic opus fuit, Deum ita proposuisse sacra Edicta, quibus humana, tam in Vitii fugam, quàm in Virtutis adeptionem, exercitatur fragilitas, ut in summâ essent obscuritate primò: demum ut, dum sensim Secula proficiunt in illis enucleandis, & spiritus Dei ductu intelligendis, fierent tam clara & homini pervia, ut nec apex unus in *Lingua primi Hominis* superesset, cujus ratio summa dari non posset.

3. Quum itaque, secundum Dictum Prophetæ Salomonis, sit gloria Dei abscondere Verbum, sicuti est Deus absconditus: & sit futura gloria Regum, id est hominum, qui per Victoriâ sui in universo secundum Voluntatem Dei regnant, conjicere & explicare *Verbum* illud divinum, seu supernaturale, & naturale: opus est omnino ad summam & Naturalium & Supernaturalium cognitionem deveniri, quod maximè nunc patère incipit in sacrorum Eloquiorum perscrutatione.

4. Certissimum est, quum omnia compræhensibilia ad hoc creârit Deus, ut de illis agnoscat, ametur, laudeturque

que in æternum Dator infinitus, opus fore, ut omnia *Creata* clarissimè sint ad intellectus nostri adæquationem perventura: nam alioqui frustra essent condita. Verùm quum hoc sit omnino necessarium in rebus Naturalibus, multò magis est in supernaturalibus, & *Scripturis sacris*: quæ quum sint causâ Viatoris, & non compræhensoris scriptæ, & vix reverâ de umbrâ Majestatis in illis latentis nobis innotuerint, nisi secundum primi Adventus Christi cognitionem: opus inquam est, ut omnino sint in uno tempore Omnibus Hominibus peryiæ, sicut omnium causâ sunt scriptæ.

5. Si enim tantum contingeret, ut pauci homines illud etiam tenuissimè assequerentur, quod omnia causâ publicè est expositum, Deus longè meliori conditione fecisset res Naturales, quàm Supernaturales, quum innumeri homines rationes istarum altissimè attigerint, Philosophorumque nomen sunt meritò adepti: pauci verò admodum in sacris excellere.

CAPV T I I.

**Q**Vum divina Bonitas res omnes ad hoc in Esse producat, ut non tantum Esse, sed Bene Esse, & Bonum Summum (quatenus sunt capaces) assequantur: opus est omnino, ut sicuti omnibus Individuis præter essentiam suæ naturæ communem, dedit *Distinctionis* à quovis altero privilegium (nam alioqui Omnia essent Vnum & idem, si non omnia differrent) multo magis in Humanâ naturâ, cujus gratiâ cæteræ sunt, opus est ita explicasse suum beneficium Deum, ut præter sensibilem Differentiam, quam corpora mutuò, instar cæterorum, habent, etiam in Animis, quorum gratiâ corpora sunt, & eadem Distinctio, & Gratiarum exuberantia sit posita.

2. Sicuti itaque per cursum rerum Naturalium sensibilem, sensim ad nostra usque tempora, easdem species & Genera rerum deduxit, quæ primò ipse condidit: sic opus est omnino in rebus supernaturalibus fecisse, & tantò intensius fecisse, quanto majori sunt momento corruptibilibus & fluxis. Ita opus est, sicuti



sicuti à primo intellectu corpori humano unito, ut tempus numeret, res naturales in suo perseverant cursu, nil obstantibus Vicissitudinibus: sic licet variis tumultibus, rerumque humanarum motibus videatur excisa fuisse Gratia Dei, & per consequens Dei Ecclesia, cui illa credita est, tamen unam eandemque fecisse suam *Ecclesiam* continuam à primis parentibus usque ad ultimum creandum & regendum Hominem.

3. Porro sicuti videmus *Quatuor Elementorum* concursu, & singulari proprietate seu temperamento cælitus, soliusque Creatoris arbitrio indito per *Quatuor Anni tempestates* omnia æquivalenter, eminenter, potentialiter seu præscriptivè, & postremo actu seu realiter suos exhibere fructus; sic opus est, eadem Analogiâ & temperamento inferiori *Quatuor Aetatum* hominum, & singulari Gratia concessione, eodem cursu fuisse rectam Ecclesiam, & in finem mundi debere regi.

4. Quum enim omnia Generalia naturas retineant quovis modo illorum ex quibus consurgunt; opus est, quum Particularium hominum in cultum divinum concursu consurgat *Ecclesia*, tam  
exter-

externis quàm propriis filiis Divinum in animo præscriptum servantib. serviens, ut omnino *Quatuor* & ipsa *Aetatib.* in suam ducatur perfectionem: veluti nos per Pueritiam, Iuventutem, Virilitatemque ad Senium venimus.

5. Has *Quatuor* suæ Ecclesiæ *Aetates* voluit æterna abscondere, sub involucris parabolarum variarum, Veritas, tam in Novo quàm in Veteri instrumento, ut argumento Trium anteaclarum *Aetatum* tandem ingruens *Senium*, tunc maximè innotesceret, quum opus foret *Omnia* sub *Vno* Pastore restitui: quod præterquàm quod in sacris, innumeris exponitur vicibus & modis, etiam Brachmanes in Indiâ hodiè, Mussulmani in toto ferè orbe, Iudæi ubi ubi sunt, & Oraculis & in Votis habent.

### C A P V T I I I.

**N**ON potest esse ulli dubium, nisi qui contra Animi sensum pugnet, quin Deus perfectissimus conditione perfectissimâ Animantium principem *Hominem* condiderit, ad hoc, ut esset Regula & norma dispensationis universi hujus theatri

theatri sensibilis Naturæ, ut omnia videlicet Eo duce, ejus industriâ & studio, in suum Finem conducerentur: sicuti videmus hoc, duce Deo, omnium animis insitum, ut hoc ipsum in re suâ appetat à filiis, servis, subditis, aut quibuscvis administratoribus.

2. Quum autem frequenter videamus, Homines sua in hoc Vota penè consequi, & nulla gens possit negare, genus Humanum idèò innumeris Morbis tam animi quàm corporis irretitum, quòd innumeris legibus aut præscriptis in Animi & Corporis ubivis retineatur incolumitate: opus est omnino reddi genus Humanum in his Inferioribus illi *Perfectioni*, quam, per Peccatum ubivis legibus profligatam, ad hanc diem desiderat. Nam alioqui plus potuisset Peccatum pervertendo, & innumeri Nebulones per tyrannides & concupiscencias Naturæ ordinem evertendo, quàm Deus in suum finem ducendo.

3. Quum autem sit impium, de divinâ hoc Bonitate cogitare, ut præscia ab æterno rerum omnium, Mundum in hanc miseram carnificinam exposuerit, nunquam liberandum: opus est necessario, & Peccatum & Diabolum, & quicquid

quid utriusque occasione natum est, præter salutis Remedium, è medio tolli: ita ut tempore senectutis Ecclesiæ, quæ nunc post Infantiam *Natura*, post Iuventutem *Scriptura*, post Virilitatem *Gratia* instat, omnia conciliatura, & in locum suum redactura, tandem actu videatur Finis, ad quem Inferiora condiderat Deus.

4. Sicut itaque in primo Parente necessario, antequam posteritatem totam in se labefactaret, erat ex æquo unita *Natura & Gratia*, ita ut in Deum per Mediatorem & per Creaturas contenderet: sic opus est omnium fieri *Restitutionem*, ubi est facta Destructio, ita ut omnes sint in hac Vitâ docibiles Dei, quod nondum contigit, & quicquid unquam Perfectionis habuit & erat habiturus Adamus, si non peccabat, omnes unâ ejus Posteritas ita cum foenore recipiant, ita ut reverâ, non sicut Delictum, ita & Donum.

5. Licet enim beneficio finiti & infiniti Mediatoris & Redemptoris, qui immobili & immutabili Deo ordinariâ potentia solus pro nobis finitis & infinita debentibus potuit luere, omnia sint reparata, ut per innumeras ærumnas si diu vivamus

vivamus, & per Mortem possimus in vitam æternam repedare: tamen reverâ nos sumus adhuc in hac Vitâ in multo damno, à peccato illato, eò quòd „ noster parens primus sine peccato fœ-  
 „ lix etiam, & in perfectâ Charitate hîc  
 „ vixisset, & tandem fœlix & sine Mor-  
 „ te translatus ita à materiali pondere  
 „ fuisset, ut in universo potuisset cum  
 „ cœlitibus in sublime, aut cum nepoti-  
 „ bus in inferioribus diversari, secumque  
 „ veluti emeritus Miles, cœlestes cohôr-  
 „ tes conducere. Nam in Deo infinito  
 „ ubi vis cœlum est. Antequàm itaque rã-  
 tiones omnes Humanæ conditionis eò  
 sint reductæ, erit semper majus Deli-  
 ctum & Damnum, quod serpsit in o-  
 mnes, quàm Donum, quod omnibus  
 propositum, tamen hæcenus pervenit  
 ad paucos, quos summis in hac Vitâ  
 beavit miseriis, & Cruce, nunquam à  
 piorum votis abfuturâ in hac vitâ.

## CAPVT IV.

**Q**Uum ita hæc habeant, ut sunt o-  
 tensa, & ipse *Christus Iesus* sit de-  
 nuò in Nos ad Restitutionem Omnium  
 (secundum Petri primi sententiam, in  
 Actibus

Actibus Apostolicis scriptam) *venturus*, unà cum suo *Eliâ*, ut mox patebit: opus est denique secundum intellectum redire ad ea concipienda, quæ Homini primo per Gratiâ erant concessa. Vnde necesse est, quum *Fides* illa, quæ post peccatum homini accessit (nam est æternum præscriptum, quod opus sit accedentem credere, quia Est, & quia secundum conscientia testimonium agentibus Remunerator est) à malo ortum habeat, illam in Intellectum redire, Rationisque æternæ subijci legibus; ita ut Omnes, à minimo ad maximum, sine Docentis operâ, Dominum cognoscant, quum ita semel fuerint tractata Divina.

2. Hoc itaque Remedio prospexit Mundo Deus, ut, quum totus Mundus aut Factis tantum, ut perfidi titulariique Christiani; aut Factis & Doctrinâ, ut cæteræ Gentes, à vero Conscientiæ seu Legis divinæ præscripto differentes, nihil amplius pensi in sacris rebus haberet, tandem toti Mundo *ultima lux* rediret, & fierent primi qui debebant esse novissimi, & novissimi primi. Hæc verò erant quæ Christus suis habebat, dicere, sed tunc non poterant portare. Hæc est illa

illa *Ablutio pedum* discipulorum, quam postea debet scire Petrus, in secundo Petro.

3. Nam sicuti *legis Naturæ* cultoribus obduratis, & fucum conscientiæ sibi ipsis facientibus, opus fuit post Diluvii pœnas scribere Peccatum in præcepto Circumcisionis, & variis cultibus etiam ante Mosem servari à piis solitis, ut agnoscerent in rebus exteriorib. Peccatum hominis in Conscientiâ satis ad salutem cum Gratiâ receptâ faciente, jam pridem neglectum: sic etiam opus fuit, postquam gens *Mosaisca*, seu *Juvenilis Ecclesiæ* ætas convertisset suum dedecus & agnitionem peccati in vanam Bonorum Operum gloriationem, adesse qui in se peccati magnitudinem ostenderet, dum Deo Charissimus, & illi consubstantialiter unitus, omnium nomine pœnas luit Deo Opt. Maximo.

4. Sic nunc pro extremo Naturæ Remedio opus est, postquam genus Humanum in conscientiâ & externo cultu nusquam gentium, licet falsâ institutione, non cognito, peccatum per Gratiâ omnibus præsentem non cognovit: & postquam qui cognoverunt, & remedia ejus exterioribus sacris in sanguine

sanguine Mediatoris recipere, exactâ Virilitate neglexere: tandem *senio extremo, extremum adhiberi Remedium*, quo Omnes unâ, in toto orbe, exactissimè & Peccatum & ejus vim agnoscant, seseque satisfaciendi impotes fateantur, quum finiti infinita Infinito debeant, atque ideo omnes tam avidè & sincerè Mediatorem amplecti satagant, ut illi incorporarentur & uniantur, sicut ipse necessariò cum Deo unitur. Sic itaque ut omnes sint capaces, duce Ratione, earum rerum quæ in fide sunt habitæ, primò Ratio dux & reos vincet, & pios probabit.

## C A P V T V.

### *Fides reddita matri Rationi, de* D E O.

**D***eum unum esse ante Omnia, à quo, per quem, in quo, & ad quem Omnia, non eget probatione: quum si esset aliter, opus foret, Omnia à seipsis creari: & sic Omnia essent, antequam essent, quod est impossibile. Quum itaque sit Deus, æternus sit, infinitus, immobilis, immutabilis, omnisque perfectionis apicem continens oportet.*

Quum



2 Quum autem in omnibus rebus Creatis videatur *Essentia*, *Unitas*, *Veritas*, *Bonitas*: fieri non potest, quin à Deo omnia hæc habeant. Quare opus est, ut Deus sit *Essentia*, *Unitas*, *Veritas*, *Bonitas*, in *Unitate* *Essentiæ*, in *Veritate* ejusdem *Essentiæ*, in *Bonitate* ejusdem *Essentiæ*.

3 Quum verò ea *Essentia*, *Unitas*, *Veritas*, *Bonitas* ante *Omnia* existens, *Omnia* Condiderit, non potest fieri quin sit eadem *Potentia*, *Sapientia*, *Amor* & *Charitas*, *Omnia*, *Hominis* causâ, in *Esse* produciens. Quia, à *Potentia* promanat æternâ generatione *sapientia*, *potentiæ* æqualis. Ideo vocabulo *Patris* *Potētia*, Nominē *Filii* *Sapiētia* nuncupatur: à qua utraq; quia procedit *Amor*, ideo *Spiritus Sancti* nomine ille *Omnia* uniens *Amor* dicitur.

4 Verum enim verò quum *Deus* sit æternus, infinitus, immobilis & immutabilis: *Mundus* verò, & quicquid cælo continetur, omnino contrariâ conditione, videlicet creatus, finitus, mobilis, & mutabilis: opus est omnino ad *Formationem* rerum omnium (siquidem ab extremo in extremum sine Medio non itur) adfuisse creatam *Sapientiam* finitam, mobilem & mutabilem, qua in Vnum  
B subje-

subiectum uniretur increatæ, infinitæ, immobili, & immutabili, cuius Vinculo & Virtute & Formarum omnium rebus inderetur identitas, & Materiæ seu Individuorum omnium formaretur diversitas.

5 Licet enim Deus, absolutis Imperiis, potuisset ita ab æterno constituisse *Naturam*, ut ipsa per se singulis temporibus, locis & circumstantiis excitaretur: tamen ideo non fecit, quod absolutâ nunquam, sed ordinatâ semper utatur potentiâ, quod in totâ Naturâ patet, in quâ nullus est spiritus, nisi causæ superiores influant cælestibus, cælestes terrestribus singulis & ordinatis rerum ordinibus. Quare *Creatio* & *Esse* simplex rerum semper idem est à Virtute immutabilis & æternæ, *Differentia* & *Temperamentum* est à vi mutabilis & creatæ *Sapientia*: quam ideo consubstantialiter uniri ante omnia oportet, quod semper *Essentia* & *Proprietas* in omnibus creatis uniantur, quod sine *Imaginē* & *Virtute* superiori fieri nequit.

6 Quum autem ea omnia quæ sunt per æternum *Amorem* condita, sint causâ *Hominis* in hoc theatrum introducta, opus est necessariò illam *Naturam*

ante

ante omnia æternæ unitam, et ab initio  
 atque ante secula creatam, esse naturæ  
 Humanæ ita affinem, ut necessariò sit  
 pars Humanæ naturæ superior. Vt sicut  
 Mundus non tantùm causâ Dei, sed eti-  
 am Hominis gratiâ conditus est: sic eti-  
 am ante omnia unâ Deum & Hominem  
 junctos, quatenus uniri possunt, in suâ  
 causâ haberet. Sic Ratione ostenditur  
 Verissimum, quod Iuuenilis ita credidit  
 Ecclesia, ut inflar articuli Fidei habue-  
 rit, quòd *Anima Mediatoris* est prima  
 Creatura Dei, & universi Lex, & Media-  
 trix: quam ideò in sacris proprietatibus  
 (כַּוְנָה) Binam vocant, quòd sit condi-  
 tionis Mundi Artifex; cum Deo cuncta  
 componens, & media, seu mediatrix.

## CAP V T VI.

*De Eodem.*

**Q**Uum Deus infinitus condiderit  
 omnia, ut à Creaturis rationabili-  
 bus ipse comprehendì posset, & laudari:  
 sit autem impossibile, infinitum à finito  
 comprehendì: opus fuit, ut ante omnia  
 divina Bonitas ita se accommodaret ca-  
 paci-

pacitati Angelicæ & Nostræ, ut finitum infinito uniret, sive *Lumen Gloria*, sive alio nomine voces, non refert. Illa creatura, & *Creatura* & *Creator est CHRISTVS*, per quem Omnia facta sunt, per quem Majestatem divinam laudant Angeli multis ante creatos Homines, seculis, per Intellectus Numeratoris, defectum, non numeratis.

2 In eâ Animâ, salutem nostram, ex præviso casu, desiderante, *Agnus Christus* est crucifixus ab origine Mundi. In eâ Christus Duarum naturarum suppositum, & non Divinæ tantum, est primogenitus Creaturæ Dei. In eâ per Christum, in Christo, & à Christo facta sunt Omnia. In eâ Christus est heri & hodie, & in secula. Per Christum desiderant Angeli gesta futura per Eum conspicerre. Spiritus ille Christi est, qui insinuabat de se ipsis perfectis, ut ait Petrus. In eâ Animâ concomitabatur Christus omnes Patres ab Adamo, quoad ipse in carnem veniret: qui biberunt omnes de eâdem Petrâ, quæ est Christus. Illa est Manus Mediatoris, quæ dedit Legem Mosi servo suo. In summâ, omnes alterationes, signa & miracula Veteris Testamenti, sunt facta virtute Animæ Christi unitæ Divinitati.

3 Lex

3 Lex severitatis divinæ Iustitiæ hoc vult, ut illa *Charitatis abyssus* in illâ Animâ infusa dispensaret contra Iustitiæ decreta, quam alioqui, Angelo peccante, moderari erat impossibile, multo minus in peccato Hominis, quin omnia omnino everteret, everso semel Æquiritis ordine, in quavis creaturâ finali, id est Angelo & Homine. Angelo enim descisciente, aut Homine peccante, quum finis universi in illis everteretur, opus erat omnino divinam Iustitiam omnia evertere, & pœnis æternis in peccantes continuè animadvertere: quod quum non sit, Deo omnia vidente, factum, necesse est omne Iudicium datum esse Filio, ut in hac Vitâ pro suo arbitrio pœnas temperaret, omnium in extremâ dierationem perquisiturus.

4 Bonitas hoc postulat, ut quum periculo cadendi obnoxias creaturas racionales meriti & præmii causâ creasset, ut omnino, antequam ulla crearetur periculo subiecta, Vna omnes anteiret Gratiarum absolutarum & perfecti Meriti, quæ instar Omnium esset, & quantum cadendo demereri possent, omnes una (Solâ omnium acceptantium Resipiscentiâ aut pœnitundine, puraque Con-

scientiâ imitantium) bearet, corpori olim maritanda. Nam *de Origine Animæ* ideo in Virili Gratia Ecclesiâ nil est constitutum, sic omnia ordinante Providentiâ, ut hæc Veritas olim Adamo notissima servaretur nostris seculis.

5 Quum nulla Gens possit negare, flecti supernam Potentiam Misericordiâ, quæ in immutabilem Deum non cadit, & frequenter occurri Humanis miseriis: opus est, ut omnes Misericordiæ, quibus Humanum genus ad hæc diem est utiliter, & reverâ, tam in generali quàm in particulari, sublevatum, procedat ab eo *Duarum Naturarum in Vnum* compositarum subiecto, ut sit & Iusticiæ & Misericordiæ unâ temporarius arbiter, qui Creationis & Distinctionis omnium est author. Eâ de re credit Mussulman, *Iesum* esse Omnium æquissimum Iudicem.

## CAP V T VII.

### *Adhuc de Eodem.*

Q Vum Vicissitudinibus & continuis decrementis incrementisque alterationibusque & mutationum quovis genere,

genere, *Universum* hoc, quicquid id est, regatur, et iam, antequam esset ullus Intellectus Numerator, is Motus saltem in generationem tenderet; opus est, Deo immobili permanente; hanc *Vicissitudinem* à mobili causâ, à Deo non sejunctâ, sed unâ Essentiam semel ab eo datam sectante, omnia non secus dirigi & conservari, quàm Esse ab alio distinctum ab eadem causâ accipere: ut qui Esse differens singulis dedit Individuis, iisdem bene Esse, &, pro ratione suæ sapientiæ, concreditum conservetur. Sicut itaque *Deus est Ens entium*, Genus generum, Forma formarum, quum nec genus nec forma sit, cuius Virtute omne ens, genus & forma eadem manet: sic uniri illi ante omnia oportuit Hoc individuum *Individuum*, à quo omnia distinguarentur singularia.

2 Sic necellariò sequitur, ad literam debere symbolum intelligi. ubi dicitur: *Et in Vnum Dominum Iesum Christum*, per quem Omnia facta sunt; & sic est ante Omnia ab æterno agnoscenda æternus Sapiencia, & ante ullam Creaturam est reverâ, & non tantum per prædestinationem agnoscenda Sapiencia creata Verbo Unita divino, quæ variis in

„ Effigiebus est Patres nostros de eâ con-  
 „ edentes & bibentes alloquuta , &  
 „ potissimum sumpto *sacerdotis summi*  
 „ habitu ante Abrahamum : sicuti *Co-*  
*lumna* nubis & ignis effigiem ante Is-  
 raelitas recipiebat , & quocunque se  
 conferrent illos localiter concomitaba-  
 tur, quum Deus ob sui Immobilitatem  
 & Infinitatem sit mutandi quovis modo  
 loci impotens.

3 Solus iste [מֶלֶךְ צֶדֶק] *Rex est*

Iusticiæ & Pacis, solus sacerdos summus  
 Dei altissimi, solus sine Patre & Matre,  
 quia ante Matrem eius in corpore non  
 fuit: solus legis Naturæ arbiter, Gratiâ  
 speciali animas visitando, illisque pecca-  
 tum exponendo : solus potuit Abraha-  
 mo à Deo Benedicto benedicere, ut qui  
 erat Major: solus reverâ sacerdos in  
 æternum, solusque neque Initium die-  
 rum, neque Finem Vitæ habens, qui  
 solus assimilatus est Filio Dei, qui non  
 nisi secundū sui ipsius Ordinem esse pot-  
 est. Quum itaque non satis esset in *A-*  
*nimâ* esse hunc sacerdotem in æternum,  
 eo quòd non tantum Anima, sed etiam  
 Corpore constamus : opus fuit in *Cor-*  
*pore & Anima unâ* fieri sacerdotem se-  
 cundum



cundum sui ipsius Ordinem, quia secundum alium fieri qui summus esset non potuit.

4. *Hoc est unum de secretis scripturae,* quæ nec Apostoli, nec ipsa Ecclesia potuit ad hanc diem portare: quum tamen Christus habeat hoc, cum innumeris aliis, nobis capere nunc potentibus, dicere. Restabat ideo de hoc *Melchisedec* grandis sermo, & interpretatu difficilis Paulo, qui Nostris temporibus servatus est. Licet autem quædam censura Ecclesiæ videatur huic sententiæ obvenire, tamen aut revera non obvenit, aut oscitanter obvenit: Sicut etiam multa constituisse verâ suæ sæculi, & à Spiritu Sancto regi solitam Ecclesiam Juvenilem, ostendit Veritas æterna, in quibus verus sacrorū obliterabatur sensus, & traditione Humanâ, Divina Veritas evertēbatur.

5. *Hæc est sententia firma, stabilis, & omnino necessaria,* cui etiam si millies millies controversiatur, tamen prævalebit, laudemque æternam nostro dabit Mediatori: cuius Anima ante corpus omne per vim Unionis divinæ vivens, siti diurnâ sitiit Crucem ab origine mundi, ut pro nobis in Corpore lueret mentali, pridem excocta dolore, & nomen

„ Christi & Hominis jure ante suum Cor-  
 „ pus merita, non secus atque sanctos  
 „ Homines in Animâ, nunc relictis Ho-  
 „ minis exuviis, dicimus jure & Homi-  
 „ nes & Christos Dei, & nostram nunc  
 „ unâ cum Christo salutem sitientes, si-  
 „ cut ejus pro nobis postulat Spiritus ge-  
 „ mitibus inenarrabilibus.

## CAPVT. VIII.

### *De naturâ DEI-Hominis.*

**P**Ræterquam quòd illa *Creata Sapien-*  
*tia* est Vniuersi inter Deum & cæte-  
 ras Naturas, inter Deum & Hominem  
 constitutas, *Mediatrix*, *Creatrix*, *Con-*  
*servatrix*, & omnium Individuorum seu  
 purè spiritualium, seu etiam corpora-  
 lium fœtrix, quum sit ab initio & ante sæ-  
 cula creata, nomen etiam Redemptoris  
 actualis habet in sacris Eloquiis, ubi ait  
*Propheta Ethnicus Hiob*, clariùs quàm ul-  
 lus Ecclesiasticus seu Circumcisis: Scio  
 quòd Redemptor meus vivit, &c. Tan-  
 tum enim est dicere, scio quod Redem-  
 ptor vivit, quàm si diceret, scio quod  
 nunc actu Messias, qui est meus Redem-  
 tor, vivit. Nam *Redemptoris* Vocabulum  
 notat

notat Duarum naturarum suppositum, sicuti & Christus.

2 Tenebatur verò quivis Homo tantum in cognitionem Sui & Dei descendere, cum *Gratiâ* ad salutem sufficiente quæ nulli unquam defuit, ut nec per se huc venisse cognosceret, nec inde posse in Cælum, ad quod sumus creati, devenire, nisi Primus omnium intraret Cælum, & nos subveheret sibi, tanquam Botro impactos, qui huc ab initio nostræ demiserat Creationis. Si enim Esse aliunde, quàm per Mediatoris manus, accipere non potuimus; quum sit longè majoris momenti in æternam quàm in temporariam Vitam pertransire: multo magis nos egere Mediatore ad cælum petendum, etiam sine actuali peccato, quàm Creationis adminiculo, sine quo tamen nusquàm sumus.

3 Absolutè itaque, etiamsi primus Homo non evertibat suo peccato & rerum universi Ordinem, & posteros labefactabat, erat in Carnem ventura illa *Anima felix*, ut suos paulò post mundi Creationem animaret ad generosa facinora, quæ in distribuendâ in suos fines Naturâ semper erant proposita: & tandem Primus in cælum subveheretur, ut

B. 6 cæteros

cæteros *suo corpore* omnibus dividuis unito per *sacram synaxin* ad se illuc trahe-  
ret : accedente verò Peccato, duplici co-  
gebatur necessitate ut adveniret.

4 Nam nomine Omnium à se éditó-  
rum *Fluere* Delicta debebat , inque pau-  
pertate probro & dolore summo, *Re-*  
*situere* abusum Bonorum Mediorum  
(seu fortunæ , ut malè aiunt) bonorum  
Animi & Corporis , quæ sibi miseri at-  
tribuere non verentur , donisque Crea-  
toris in illum armari.

5 Scio certissimè , quia Contempla-  
tione loco Fidei habeo , in reb. restitutæ  
Fidei,quòd instar cæterorum Hominum  
nasci tam excellens *Mundi arbiter* non  
„debebat: sed quum jam ejus *Anima*  
„ante corpus viveret , quum nil faciat  
Deus ordinatè per plura,quod potèst per  
pauciora fieri, sine operâ Virili , ex Vir-  
gine matre, operâ purè Divinâ , debuisse  
nasci. Nam quum animetur Corpus ab  
Animâ, & Anima tanquam forma acce-  
dat Corpori, ob congressû masculi, super-  
fluum foret illic operam masculi adfu-  
isse , ubi jam áderat absque illâ summa  
perfectio Animæ Divinitati unitæ.

6 Quum verò tota *Mundi Excellen-*  
*tia* huic Principi principum debeatur,  
certif-

certissimò scio, eius *Matri* adfuisse debere omnem *Excellentiam*, quæ unquam creaturæ *Humanæ* perfectissimè adesse, sine peccato, debebat, ita ut vel *Naturâ* vel privilegio *instar perfectorum filiorum* *Adami* ipsa deberet nasci, & immortalem parere, sine uterinis fratribus, *Mediatorem*, cum quo dividendæ *Hæreditatis* nisi ex *Gratiâ* jus nulli est. Ut autem major utriusque appareret erga suos *Humanitas*, voluit *Morti* subjici. alioqui enim futuri essent *Martyribus*, ultimis, *Hanocho* & *Eliâ*, inferiores, qui pridem immutati, tamen voluntarie *morti* contra *Armillas* se exponant.

\* *Vide Lexicon Iohani. Buxtorf. Chaldaico-Thal-mudi. Rabini cum Col. 221. seqq.*

## CAPVT. IX.

## De conditione Vitæ DEI-Hominis.

Q Vum sit certissimum, (*Q<sup>uod</sup> T<sup>em</sup>p<sup>us</sup>*) primum Parentem perfectissimè à Deo conditum, rerum omnium, quæ in *Vitâ* temporariâ *Mediatoris* contingere debebant, rationes manifestissimas Intellectui percepisse: & sit omnino necessaria-

cessarium, ut, quicquid unquam perdidit Adamus per Peccatum, in Restitutione cum multo reddatur sanore singulis fidelibus: opus est etiam secretissimorum *Mysteriorum*, quæ in Nativitate, Vita & Morte *Mediatoris* contingere, reddere rationes validas. At verò nulla unquam de partu Virginis posset dari, quæ ab ipsâ rei peteretur substantiâ, nisi ex eo quòd illa *Anima Divinitati unita*, ante omnia Creatâ, satis sibi cum divino Spiritus Sancti mysterio fuit, ut sine ullâ opera Virili nasceretur Deus-Homo, unâ nobiscum Vitam hîc acturus, sicuti per eum Vitam accepimus temporariâ, per illum etiam solum æternam possessuri Fælicitatem in Animâ & Corpore, sicut unâ Animam & Corpus univit ubique.

2 Equidem si Homo non peccasset, *Adventus* eius etiam fuisset multiplex utilitas: (Primò) ut summus Virtutum apex in eo videretur tanquam in Duce; ut informaret & innovaret ad cælestia multo majora Verus *Hanoch*, & ideo in eo loco ubi debebat, sine nostro peccato Mediator natus est Hanoc, nec aliâ de causâ raptus, nisi ob Gratiarum Vim in eum, eâ de re, confluentium. *Secundò*,  
ut

ut *mysterium Incorporationis* suæ nos in Sacramento æterni Testamenti doceret.  
 „ Nam non est possibile ut ullus sit in  
 „ Animo & Corpore absolutè Beatus,  
 „ nisi per comestionem & potum Carnis  
 „ & Sanguinis ejus, ut per hæc mysteria  
 „ illi uniantur in Animo & Corpore.  
*Tertium* est, ut Ejus *Corpus* attollendo in *Calum* etiam Nos ibi *Mysteriis* unitos sibi attraheret, pastos Ejus Carne, nobis aptatâ : Sicuti nostri oculi pascuntur directis Radiis Solis, non in Sole, propter Visus nostri infirmitatem, sed in Lunâ, ubi illi iidem nobis aptantur, fracti & temperati.

3 At, accedente Peccato, quum omnium nostrum nomine fidem patri obstrinxisset, opus fuit, ut omnino ejus *vi-vendi conditio corrupta contraveniret*, & qui erat omnium Dominus, & innocens, servorum reorumque peccata, in infinitum Deum admissa, abutendo Bonis Animi, per vanam Gloriam & Laudem, Amoremque proprium, Bonis Corporis, per Luxum; Bonis Externis, per Avariciam & Fastum, eliceret, pro gloriâ & laude Probrum, pro voluptatibus Dolores, pro Opibus superfluis summam Paupertatem amplectendo; & demum  
 sub

sub eo Imperie Vitam immortalē aliqui triplici iure crudelissimis suppliciis ante illum inauditis, profunderet, quod erat postea Morte sua & suorum subacturus, quum totum subegisset summis viribus Orbem.

4. Sicopus erat. *Quarta Monarchia* Mundi, quæ est Quarta & absolutissima, *Babylonici Imperii ætas*, à Romano vir, delictet condemnari Imperio, ut postea per potentissimam Mortem illud, cum authore suo *Diabolo* vinceret, quum quò progredere amplius non haberet: & à suæ Ecclesiæ filiis reprobari, licet esset primarius Lapis, ut accipiendo à suis, instar Dei magis insignem injuriam, cumulatiora nobis compararet merita, & majorē suis crucifixoribus & reprobatoribus pararet Deplo rationē, quum esset positus in *Caput Anguli*,

5. Ut autem aut major Amor, aut gravior Dolor *Mosaica* genti pararetur, quum illum, velint aut nolint, agnoscent, fuit opus, facto omnium Dolorum in Inferis periculo, ut vivus faceret suæ & nostræ *Resurrectionis* fidem, ut licet nos omnino exterminationem meruimus Donis divinis abusi, tamen cetero certius speremus, quicumque in *Ejus* morte expli-  
citè



cité aut implicitè abluimur, cum foenore nos per eum recepturos, quod jure amisimus.

## CAPVT. X.

*De divini Iudicii modis.*

**A** Morte & Resurrectione in Cælum subvchi debere, ideo ratione non eget suaseriâ, quòd frustra cætera fuissent, nisi in hunc essent finem comparata. Nam etiam sine peccato erat idem scopus, licet non tandiu in Cælo delituisse, si impietate carebamus: sed qui liberè, & Angelos & Beatos unà cum viatoribus, post eorum immutationem, aut translationem potius, conversari unà ad quorumvis sensuum objectum non tantum permisisset, sed iussisset, ipse veluti Charitatis fons deesse tanto officio non potuisset. At, obstantibus peccatis nostris, à quo cælum petivit, non, nisi paucis insigni sanctitate viris, est in Carne visus immortalis.

2 Illum verò oportet, ob Mundi peccata, retinere Cælum, donec venerint *Tempora Refrigerii* & miserit illum denuò Pater in tempore *Restitutionis*  
*Omnium*

*Omniū*, quæ ipse per Prophetas suos prædixit, potissimum per Moſem, qui de hoc Adventu ait, teste Petro primo: *Prophetam* ſuscitabit Deus de Medio Veſtri, ſeu de fratribus veſtris, Mei ſimilem, &c. Erit autem, omnis Anima quæ non audierit prophetam illum, exterminabitur de plebe. Ex his verbis neceſſariò colligitur, illum *Iudicem* futurum, qui Individuorum & temperamentorum eſt author: & ita futurum Iudicem, ut interpellatum faciat Iudicium. Primum quidem opera prophetæ Moſi ſimilis, ut ſicut ius erat divinum Moſi conſeſſum, ut exterminaret omnes Iniquos Terræ Sanctæ poſſeſſores, niſi ad legem Dei convertereretur: ſic erit Vindici Moſi & Petro, Davidique, ſecundis, per præſentiam *Ieſu Vindicis*, permiſſum, ut, quot noluerint venire ſintrare compellat: quod ad hanc diem ideo *Armis* non licuit, quia tempus Patiendi & non Vindicandi fuit, ſed Vitæ Innocentiæ vincendi.

§ Quum ad hoc ſit conditus *Mundus Inferior*, ut fiat Domini, ſicut in Cælo, ſic etiam in Terrâ voluntas, non poſteſt fieri præſentis Inordinationis correctio, quin primo Iudicio Omnes Vi-  
vi ho-

„ vi homines dijudicentur, & mali om-  
 „ nes in toto Orbe judicentur & exter-  
 „ minentur, quotquot scilicet in toto  
 „ terrarum Orbe non acquiescent & ani-  
 „ mo & factis Legi Dei, nunc, *dñce Ra-*  
 „ *tione,* in universo publicandæ, & ad  
 „ omnium capacitatem exponendæ.  
 Quin enim sit ista mundi dispositio non  
 ordinatæ, sed permissivæ Voluntatis  
 Dei, & *Celestis Ordo* tã in Angelis quàm  
 in Beatis sit in Cælo non ex permissivâ,  
 sed ex ordinatâ voluntate eius: opus est,  
 sicuti Satanas est à cætu Angelorum pul-  
 sus, & cæteri omnes unà confirmarentur,  
 sic nunc per *presens Iudicium* denuò  
 illum cum suis affectis ex Hominum pi-  
 orum medio tolli. Nam alioqui Deus  
 omnipotens sua in Inferioribus Volun-  
 tate fraudaretur.

4 *Deus* quum sit iustissimus, exter-  
 minationemque rerum creatarum ex  
 Elementis finem Mundo per conflagra-  
 tionem impositurus, ut defæcentur Om-  
 „ nia, non posset usquam justè universos  
 „ Homines ad *iudicium extremum* mo-  
 „ mentaneum vocare, nisi omnes essent  
 „ pridem per hoc *instans Prajudicium*  
 „ Malorum liberati consortio & exem-  
 „ plis, & donati *Celestium* Omnium Fa-  
 miliari-

, militiaritate & sacro, illosque Confir-  
 , mante, *Convicta*, atque in eam essent  
 , deducti & etiam longe potiorum con-  
 , ditionem quam antequam peccaretur.  
 , Præterea nisi per confirmatos in Gra-  
 tia & Immortalitate, non posset aut *Ver-  
 tas* aut *Virtutum* in summum deduci quod  
 fieri ante extremum Iudicium opus est,  
 ut immortales *Boni* Voluntariæ se mor-  
 ti instar Christi pro ejus Veritate cum  
 Hanocho & Eliâ exponant, *Mali* verò  
 sine fragilitate extollantur supra omne  
 id quod dicitur DEUS, & in Spiritum  
 Sanctum, instar Diaboli, peccent.

## C A P V T X I.

*De consideratione summa  
 Perfectionis.*

**E**TSI unus idemque *Spiritus Sanctus*  
 est *universi Moderator*, & tanquam  
 Dei Digitus, in omnibus, & maximè in  
 regimine Ecclesiæ, quæ jam ab Adamo  
 durat ad nos usque per Tres ætates, *Nat-  
 uræ* videlicet in Animo sitæ, *Scripturæ*,  
 in Animo & cultu exteriori positæ, &  
*Gratiæ* in Agnitione Sui & Redempto-  
 ris imitationem tendentis, instar Pueri-  
 tiæ,

tiae, Iuventutis & Virilitatis, & nunc in Senio & summa Perfectione, post exterminationem Impiorum, ad finem usque futurae, sub *Concordie* & restitutionis nomine; Tamen longè latius patet & *Ecclesia*, & Spiritus Sancti Gratia, quam putetur vulgò,

2. Quum enim Deus Opt. velit *Omnes* ex toto Orbe Homines, nullis exceptis, salvos fieri, ut qui omnes diligit super omnia, & nil odit eorum, quæ fecit, frustra Spiritus Sanct. Gratiā Omnibus in universo daret, si nullus alius quam in Ecclesiae angulo, exteriori cultu initiatus scryaretur. Frustra esset ille longè maximus & primus Baptismus Spiritus, aut spiritualis Circumcisio, utrique probata ætati Ecclesiae, si omnino inefficaciter darentur à Spiritu omnium datore. Licet itaque per manus Ecclesiae suae, & per Orationes & merita ejus, Deus det externis Gratiae Vitam latentem aut patentem, sicuti per *unum Cor*, & ærem arteriis, & Sanguinem suppe- ditat venis, ut inde in totum diffundatur corpus: tamen non minùs sunt membra corporis mystici, quam cor, illa omnia quæ oblati & agniti unde vivunt Humoribus, illos non respuunt. *Soli ab*

*li ab Ecclesia absunt gremio, qui vere agnito repugnant.*

3 Quotquot itaque sub quacunque Lege, Populo, aut Tempore sunt, aut fuerint, qui nunquam audire de remediis Mediatoris in Lege Naturæ Ceremoniali, aut Scripturæ, aut Gratiaë expositis: aut si audire, non concepere: aut si aliquando concepere, lapsu Temporis, aut Hæresæ in injuriâ, Pastorumve incuriâ eam amittere noticiam, aut partim, aut funditus, si nihilominus, pro Conscientiæ testimonio ipsi sibi, sunt Lex, ut erat Iob, & infiniti alii, certissimum est, magis esse in Lege Mediatoris, cujus voluntati per charitatis opera obsequuntur, quàm qui, eumque circumcisi, aut baptizati, operibus nefariis suam professionem negant. Nam non tantùm sunt salvi in Christo, cui latere non possunt, sed judicabunt etiam initiatos. Melius enim Domini Voluntatem facit, qui negat Verbo, & Opere præstat, quàm qui rem verbis non confert post promissâ.

4 Sicuti itaque nostrum Corpus, imò quodvis vivens, longè maximas partes larentes habet quibus vegetatur & vivit, quàm sensui obnoxias: sic non est dubium,

bium, *Ecclesia* corpus longè plura Membra & nobis abscondita habere, quàm quæ per exteriorem cultum videntur. Et væ væ, millesque væ Mundo, si hanc tantum faciem titulariorum Christianorum in salutem haberet. Non Natura igitur, non Moses, non Muhamedès, non quivis sectæ author in causâ est, ut bona in toto Mundo & Voluntati Christi conformia Opera fiant: sed *Spiritus Dei*, sed *Anima Christi*, omnes Animas latenter animans, ad illa charitatis opera; & in latenti dans sua Sacramenta omnia, præter unam *Synaxin*, quam opus est revelâ *Actu deglutire* corporaliter, seu sacramentaliter, ut ajunt, antequam corpus ullum Humanum possit glorificari. Nam nisi actu comederimus carnem Ejus, & biberimus Ejus sanguinem, non habebimus vitam in nobis. Illa enim dat nobis Vitam æternam, ex eo quod facit *Vnum* in Animo & corpore cum Christo in hac vitâ seu corruptibili, seu restitutâ, sicut ipse Christus est *Vnum* cum Patre. Ipse est Botrus palmæ invictæ & æternæ, sicut ait Canticum, ad quem adscendere opus est ut omnes racematim attollamur: quod in hac vitâ summum est, Deoque proximum.

## CAPVT. XII.

*De Communianis perfectæ  
conditionibus.*

**A**D hoc esse conditum Mundum à Deo ut summa *unio*, & domesticæ perfectissimæ similis, in eo servaretur distribuerenturque Omnia in eo, tanquam solet in filios, nepotes, pronepos, amicos, fratres quivis paterfamilias: hoc omnium Gentium unà cum Dryino votum testatur, cui uni rei quantum ad hunc diem potuit, fert Ecclesia Dei suppetias, eo quòd etsi Homo Exterior arctetur variis cultibus, nusquam tamen Interior vi Humanâ potest retineri. Quare ut ad Officium, ad quod conditus est Homo, rectè & debitè perveniat, opus est supernaturali & omnipotenti *Remedio*.

2 Quum itaque nil majus & palpabile, sensuique obnoxium, magis omnipotens, quàm sacrum Christi Corpus (in quo Nobiscum, alioqui absens & abditus manet, usque ad finem seculi) possit haberi, quod *Anima simul & Corporis* retineat & compescat interiorem ferociam



ciam merito Deus nobis de tanto pro-  
 spexit Remedio, ut hic nos ipsos illius  
 in ista vincere mus: demum quum vi-  
 ci fuerit illi fuerit eadem Virtute in altum  
 in eam co-~~deliberat~~ *per Incorporationem*  
 in sub~~cheratur~~ *codem* Manna perpe-  
 tuum ut ~~est~~ *ob Incorporationem.*

Quum autem sit Vnus Deus, Vnus  
 Mediator, Vnum genus Humanum, Vnus  
 Mundus, ~~Vna res~~ *in se*, quæ est rerum  
 Inferiorum & diuinæ Voluntatis in In-  
 ferioribus spiritibus est necessarium, ut  
 in Vno tempore omnia ipsius Ecclesiæ  
 membra, quælibetque sint, per ipsius Sa-  
 cramenti Omnia amientis & vincentis  
 ærim amientisque reuerat & secundum sua  
 promissa Christus bibat cum suis ger-  
 men Vitæ sui Sacramenti, quod fieri in  
 vitâ æternâ, post ultimum Iudicium,  
 non potest. Hoc est illud felix & saluta-  
 re ~~Connexum~~ in quo conueniebant olim  
 Vini Apostolici quotidie de quo intelli-  
 gens Sathanâ futuram perfectionem Re-  
 stitutionis Naturæ, suggessit Gulonibus,  
 membris suis, ut afferrent fore Carnis  
 delicias, in quibus cum suis olim versa-  
 cetur Christus: ~~in~~ *in*  
 Inde factum est ut summum *Adiuv*  
 contra suam Veritatem sit conce-  
 ptum

ptum. Eò enim tendebat Satanas, ut de hac summâ *Perfectione* in Sanctorum omnium Communionē futurā ne liberē quidem loqui sinē invidiā ficeat. Sic in multis aliis Veritatibus inferet falsū, ut quum ad eas Veritates exponendas veniretur, tanto fallitatis odio larvatus concitaretur Mundus, ut ne nuere quidem liceat. Sed non secus atque pauper *Christus*, non obstante Iudaicā invidia, ejus Mansuetudinem Severitate mixtam non ferente, *Vidit* tamen, sic de his omnino fiet.

5 Quum esset ad hoc absolute ordinatus *Adventus Christi*, ut Animos exemplo formaret suo, & demum Animos unā & Corpora sibi per synaxim vivificam uniret, aut post peccatum ut daret Exemplum absolutæ Patientiæ, demum hoc ipsum quod prius per Synaxim in Animæ & corporis Restitutionem faceret, opus quidem fuit, stante peccato quod in se expiaret, primo suæ legis tempore tantum restaurasse Animos in suum finem, qui semper prius acti, quàm corpora, peccant, sicut ad hanc diem jam 1546. est factum, ut tandem adhibito omni Humanæ Carni non antea communicatæ sacrosancti corporis & sangu-

guis Sacramento, in unum Summa & laud ad gloriam Christi & Dei in Inferioribus concurrerent, usque ad extremū *Iudiciū*, sicut Omnia sunt in sublime in æternum conventura ad gloriam Dei & Christi. Nam Pater vult prius Filium suum Christum in *Inferioribus* agnoscere, & ab Omnibus, qui sunt ejus Crucifixores in loco sui supplicii plangi, & coli, de- mum in *Cælo* laudem æternam sibi dari, Christo etiam sibi subjecto.

## CAPUT XLII.

*De necessitate Mediatoris.*

**I**mmutabili Deo esse omnino impossi-  
bile affectib. urgeri, aut ad Misericor-  
diam Odiumve flecti, constans & vera  
veritas est. *Homines* mutari, & digna  
Odio aut Misericordiā admittere, æquē  
verum est. Quum sint autem conditi  
majoris boni causā quā sit totus Mun-  
dus causā illorum conditus, aut Deum  
in illis omnino suā intentione fraudari  
opus, quod est impossibile: aut reperiri  
expediens, quo immutabilis Deus fiat  
mutabilis. Per se Deus hoc præstare non  
posset, ut mutetur, quia finitus & miser  
sic fieret.

2. Vnde opus est necessarium, ut *Deus* *Homo* sit *Mediator*, & *Misericordiae* in nos *Iustitiae*que *dispensator*. Quia sicut summum Bonum est, esse aeternum & immutabile Bonitatis *Iustitiae*que lege, ipsi *Deo*: sic esse omnino dispensabili & ad nostras misérias accommodata, ipsi *Christo* honorificum est.

3. Teneatur itaque quicumque ductu *Rationis* utitur, scire, aut quod *Mundus* sit frustra factus, inque *Homine* illius leges quotidie violante omnino pereat, quod est. *Subi Deo* omnipotenti impossibile: aut quod admissa delicta remiserit, ad hanc diem se nobis accommodando: & sit ita, ut amplius illorum non recordetur, remissurus. Quod quum *Deus* immobili *Iustitiae* severitate non possit, opus est sibi attemperasse, *ita Creaturam*, ut per illam sibi iuxta possit, quod per se non posset, etiam in particularium rerum & *Creatione* & *Guberna-tione* praestare. Sicuti itaque *Deus* aeternus & omnipotens ad hoc condiderat *Mundum* & *Homines*, ut cum ceteris perfectionibus hoc haberent, ut omnes una uno eodemque tempore *Inferioribus* sine peccato actuali & *charitatem* violante

violante essent, aut cum sua Voluntate in hac re destitui, aut præterita omnia, mala & peccata obliuisci, exterminatis obstinatis, & naturam Humanam ita restitui, ut non nisi in Spiritum Sanctum peccare possit: quod quia faciat impij Quarti & ultimi Antichristi affectu, post omnium Restitutionem, ideo illis nunquam, parceretur neque in præsens, neque in futuro sæculo.

¶ Quum, itaque videatur necessaria Omnium peccatorum ex infirmitate à peccato contracta naturæ, Remissio, & Abolitio: opus est omnino Mediatore finito & infinito ad patiendum, & infinita pro infinita poenâ nobis debita solvendum, non tantum ut eximamur à Poenâ, sed ut restituamur in Gloriâ: necesse omnes causas tenebrarum Intellectus, & omnes falsas Mundumque inaniter occupantes Disciplinas perire, solisq; sacris cû Oratione & Meditatione incumbere, solidamque animo Veritatem amplecti: & demum non tantum Animæ morbos & eorum causas pessundari, sed omnino etiam in Carne fieri viventium omnium in Vitam æternam.

¶ Sic necesse est, ut fiat perfecta peccati Remissio, ut omnino aboleatur

*Mors* quæ à peccato nata est, ita ut omnino destruat, sienti ante peccatum non erat : & destruat ubi esse non debebat, non ubi non fuit. Nam quantdiu durat *Mors*, licet ejus vim suâ *Morte* *Christus* abolevit, non est facta perfecta *Remissio* peccati ipsi peccatori, quamvis per *Resurrectionem* illam sit abolutus quisvis *Vir Bonus*. Quum verò sit necesse Omnes in eam perfectam *Remissionem* concurrere, sacramque unâ recipere *Synaxim*, opus est Omnium Bonorum Corpora suscipiari, ut unâ nobiscum communicent : & sic non resurgent *Impii* in hoc *Judicio*, neque Peccatores in concessu *Iustorum*.

## C A P V T XIV.

### *De Resurrectionis modo.*

Q Vum sit necesse perfectam omnium piorum unâ fieri *communionem*, non tantum in Bonorum meritorum, & à Deo datorum participatione, sed in Corporis *Christi* perceptione : sit etiam opus, ut absoluta fiat peccati & poenæ peccati *Remissio*, antequam fiat *Voluntas Domini* perfectè, sicut in Cælo & in  
 ,, Ter-

„Terra: non potest hoc esse, quin mul-  
 „tis ante diem Iudicii extremum secu-  
 „ris sit omnium Piorum, & in salute  
 „aut ejus spe agentium *Resurrectio*, ut &  
 „mā possint cum Viatoribus & Redem-  
 „ptore communicare, & laboribus præ-  
 „sentis Vitæ fessos solari, illosque ad tan-  
 „ti Præmii magnitudinem, quale jam  
 „sunt consequuti, animare: sicuti fecis-  
 „sent cum suis filiis & posteris Parentes  
 „primi, post suum Raptum ab hac Vitâ,  
 „si non fuisset peccatum.

2 „Itaque opus est & illos qui super-  
 „stites huic Iudicio erunt ita mutari, ut  
 „sint *Immortales*, & non nisi voluntariè  
 „violenterque possint vitâ privari: mor-  
 „tuos verò in Charitate, seu in Christo,  
 „qui pro ejus ipse cogniti aut incogniti  
 „Amore male passi sunt, beneficientes  
 „necesse est primò resurgere. Nam mor-  
 „tui qui in Christo sunt, resurgent primi.  
 „Hæc est enim *Resurrectio Prima*, in qua  
 „omnis qui habet partem, est Beatus.  
 „Primitiæ enim Resurrectionis *Christus*  
 „jam ante 1546. annos, deinde hi qui  
 „Christi sunt, deinde in extremo Iudicio  
 „omnium, finis & impiorum omnium,  
 „mortisque ab *Uermillo* sublato-  
 „rum *Resurrectio*, horum ad salutem, illorum ad  
 „Penam æternam.

3 Quum





„nocho & Eliâ conficietur instar Chri-  
 „sti, quum tamen sit in ejus potestate  
 „non mori. Sic enim opus est in cumu-  
 lum venire Merita piorum. Postremò  
 inimica destruetur Mors, & Mors & Be-  
 stia larvæ Mundi ponetur in Stagnūda  
 Ignis, jam in principio Sabbathi, cujus  
 jam nunc est post-meridiana Parasceve.

5 Sic Sciri ab Omnibus, & non tan-  
 tūm Credi opus est *Divina*, quæ Duobus  
 ætatibus fide sunt recepta, propter pec-  
 catū, mysteria, ut conversâ Fide in Con-  
 templationem, *Prophetiâ* in prudentem  
 Ordinationem, *Scripturâ* in claram In-  
 telligentiam, tandem *Vnus* sit in toto  
 „orbe Pontifex, Imperator, Dux, Iudex  
 „primarius, instar Adami, cujus sit se-  
 „des ubi luit Christus, una sit *Lingua*  
 „tantūm, una Mens, unus cultus, unus  
 „solus per Iesum adoretur Deus. Sic  
 „totus Orbis Syria & Terra Sancta, om-  
 „nes Impii Pharaō cum suis, Esau, Ha-  
 „malec, Moab, Ammon, Pelesset, Ca-  
 „naanæi, quorum spolia sit æquum dica-  
 „re Deo & ejus cultui.

## CAPV T. XV.

*Ratio aterna Dispositionis.*

**O**Mnia quocunque modo referre suæ causæ *Similitudinem*, est in Veritatis certissimæ placitis. Quare Deum imprimere sui quoddam in rebus creatis Vestigium, & res ipsas suas proprietates, quæ *Bonitatis* cujusdam notam habent, ab eo habere opus est. Sicut itaque *Deus*, in summâ & transcendente omnia consideratione, est *Essentia*, *Unitas*, *Veritas*, *Bonitas*: sic nulla creatura potest esse expers illarum considerationum.

2 Omnia enim ut sint, *Esse* habeant opus est: non tantum *Esse*, sed *unum*: non tantum unum, sed *Verum*, & Intellectui adæquatum: nec tantum *Esse* unum & verum, sed *Bonum*, & Boni cujusdam gratiâ. Tamen istorum quatuor finis est Bonitas. Frustra enim *Omnia* essent, nisi *Boni gratia*. In *Causis* naturalib. idem videre licet. Quum enim Res tota sit in causâ Efficiente, tota in Materiali & Formali, totaque in Finali: tamen reverâ *tres* primæ in ultimam & quartam tendunt.

3 Simi-

3 Similiter in rebus omnibus Materia Formaque in unum compositum concurrunt, ad hoc ut quarto in loco requiratur ejus compositi finalis proprietas. *Passessio* majorem mortalib. fidem faciet: nam licet sit tota Mentalis, tota Verbalis, & tota in Instrumento, tamen *Realis* quæ in quarto loco est, omnes ad se trahit. Precium & æstimatio rerum omnium idem docet, in æquivalentiâ, quæ in quavis re preciosa latet, ut in auro gemmisve, aut manuprecio: demum Eminentia quum specificantur res illic latentes, magis juvat limitatio, aut illarum destinatio, sed in additionem & realitatem tendunt.

4 *Annus nature* per Quatuor tempestates, ab Autumno incipiens in Aestatis quarto loco sitæ fructus tendit. Sic *Luna*, per suos quadrantes in novum solis Osculum. *Res* omnes per Esse, Vitam & Sensum, in Intellectum, ubi suam assequuntur Immortalitatem, tendunt. Sic *Patres* omnes iam vellent tantum vixisse, ut per Pueritiam, Juventutem & Robur, suos filios senili ætate & prudentiâ viderent. Nam prius in Mente, quartum & ultimum est.

5 Hoc est etiam à *Deo*, cujus poten-

tia; Sapiencia & Amor omnia in Charitate hominis causâ condidit. Honestum, Iucundum & Ytile, in Bonitatem finalem vadunt.

6 Hæc omnia, & innumera alia Naturalia, quum sint à Deo, opus est eadē esse res sacrās ab eodē Deo procedentes conditione, ut per *Quatuor* gradus minus perfectos & spernendos, minorive faciendos quàm Quartus, in Eum currant.

7 Sic primò *Christus Mediator* instar Dei, *Quatuor* habet considerationes, quarum vim *Quatuor* suæ *Ecclesiæ Aetatis* influit. *Prima* cogitatur ut æterna patris Sapiencia: *Secunda* per ejus Animam, ut Sapiencia ante Omnia creata, & Divinæ unita: *Tertia*, ut incarnatus & passus, Dei; & Virginis matris Filius. At in *Quarta* omnia cumulantur, in quâ est sub Sancto Sacramento Ecclesiæ Mariæ & Dei filius, eo Modo, quo se ipsum communicare suis creaturis potest, Modo & sibi & illis convenientiori. Sicut enim, est ipse Panis Vitæ, Verbumq; Dei, omnia Spirtualiter alens, & conservans in Hominum gratiam: ita non potuit majus de se specimen edere, quàm sub specie Panis & Vini realiter & verè seipsum

seipsum membris sibi incorporandis  
 inserere: ut qui illum in se Fide, fame,  
 ardore, sui hudi, illo vestiti, recipiunt,  
 omnino in eum mutantur, & illi ad-  
 necessantur, sine qua Institutione nullus est  
 perfecta Salus. Hoc est Quarta ætatis  
 Ecclesiæ felicitas, & *Convivium Omnia-  
 nitatum*. Quare videndum est paucis,  
 ex aliquot locis Veteris & Novi Testa-  
 menti, quanta sit futura, & quando, in  
 Quartâ Ecclesiæ ætate, Perfectio.

## I.

*Tota Novi Testamenti, exponens  
 Senium Ecclesiæ.*

8 **A**terna & Creata Veritas Chri-  
 stus Iesus, fundamentum suæ  
 doctrinæ ex usu Ecclesiæ per-  
 fectionis capiens, in *Parabolis* summâs  
 Veritates expressit, sicut erat illi *Senatus*  
 solitum, cui Deus de Moysi dederat spi-  
 ritu: ut sicut tota sacra *Scriptura* nil  
 aliud est quàm una continua de re-  
 bus divinis similitudo nostræ accom-  
 modata Infantia; sic etiam summum  
 suæ Doctrinæ apicem in similitudini-  
 bus exponeret. *Prima* & præcipua ejus  
 para-

parabola est *de seminatore & semine*, de qua sic ait Marcus; c. 4. Non intelligitis istam parabolam? & quomodo cætera intelligetis? Quum itaque sit *Scriptura clavis* hæc parabola, illam exponere, & per singula considerare opus.

9 Exiit, ait, qui seminat seminare semen suum: & dum seminat, aliud cecidit circa aut secus *Viam*, & conculcatum est, & Volucres cæli venerunt & comederunt illud. Et aliud super *petrosa* cecidit, & natum aruit, quia non habebat Humorem. Aliud cecidit inter *spinās*, & exortæ spinæ suffocaverunt illud. Aliud autem, cecidit in *Terram Bonam*, & fecit Fructum ascendentem & crescentem; unum quidem centesimum, aliud sexagesimum, & aliud tricesimum. Qui habet aures audiendi, audiat.

10 In hac parabola Deus seminat semen Verbi Dei in suæ Ecclesiæ agro, diversâ conditione Sanctas *Inspirationes* recipientes. *Primum* semen cecidit circa *Viam* Viarum, scilicet conscientiam, & Naturæ legem in conscientia seu viâ naturali positam. Sed negligendo Dei Verbum, & Sanctas *Inspirationes* sibi missas, conculcaverunt illud, & venere Diaboli, rapereque à mentibus eorum omnia

omnia divina Præscripta, ita ut Diluvies illos absumpserit. *Alterum* cecidit in *petrosa* corda Iudæorum, charitate destitutorum, qui statim acceperunt, & torquante adhuc Deo illi Vitulum conflatilem præbulerunt; cæterum semper murmurarunt in eum. itaque statim natum aruit, ita ut furore correpti Seminatorem Vita spoliarent. Si in *Tertio* loco *spina* & *Dyvitæ* suffocarunt Christianismum; statim cum semine exortæ, relinquere cogitandum & videndum. At in *Quarto* loco adfert *fructum* 30. 60. 100. eà quòd Tria elapsa Tempora, Pueritiæ, Iuventutis & Virilitatis, frustra fuerant in potentiâ, nisi actu postea omninò complerent bonis Christianis, Iudæis, Musulmanis, qui legis Naturæ successores Vocari volunt, Abrahami legem servando. *Tres* itaque *Ætates* sunt *reprobate*, & ideo *Ter discipuli* comitantes Christum monituri, à somno excitantur. Quare non amplius dormituri: & Ter negat Dominum suum summus Omniumque nomine *Petrus*, at quarto in loco conversus, per Restitutionem in Petro secundo, nunc Omnia restituro, confirmat fratres suos.

*Hoc sibi vult comminatio illa sterilis*

his toto Triennio *Ficus*, quam vult Paterfamilias eradicare : sed Vallicus illi Quarti anni inducias impetrat, ut stercoretur & fodiatur, omnino postea coadicianda, nisi fructificet. Verum sunt ista *Tria fata farinae* Verbi Dei ad alendam fideles, in quibus illa princeps Mulier Sarra abscondit fermentum, Quarto in loco, donec per Omnium Concordiam fermentetur totum. Ideo ad *Cenam* suam vocat invitatos Tres, Paterfamilias : sed *primus* ob Villam cum Caino emptam, in Lege Naturæ : *alter* ob iuga Boum Quinque in quinque libris Moſis, domino per Quinque Sensus vanè laborantia, occupatur Lege Scriptâ : *Tertius* uxorem fornicariam Concupiscentiam & Symoniam duxit, sub Lege Gratiæ. Ideo asserit paterfamilias, nullum istorum gustaturum : *Cenam* suam : non æternam intelligendo, sed illam quæ *nunc* cæcis, claudis, aridis, mutilisque unâ, & coactis à viis & sepius intrare, paratur : quæ Nunc est in toto Orbe futura.

12. Sed longè clarissima est similitudo Hominis in *Via Ierusalensis* vulnerati, & spoliati, ubi ait Veritas : Homo quidam descendens à Ierusalem intellectu-  
lis



his Felicitatis, in Ierichum Mutabilita-  
 tis plenam, incidit in latrones Diabolos,  
 qui illum spoliant & vulnerant, somi-  
 que mortuum relinquunt, donec transit  
 Sacerdos legis Naturæ, & à longè videt,  
 & negligit vulneratum. Demum Levita  
 Mosæus, quum esset secus locum, quo-  
 tidie per Sacrificia & Ceremonias vulnus  
 acceptum. pendè palpando, transit, &  
 risen. Tercio in loco Samaritanus ille  
 Christus Gratia dator, Naturæ parens,  
 & Legis abolimitor, imposito Oleo  
 & Vini succurit, & super Jumentum  
 suæ Imponit Humanitatis, prius tamen  
 Iustitiæ Vini, & Oleo Misericordiæ  
 vulnere consulens. Nam non possunt il-  
 læ due divelli sorores, quæ in eo sese  
 osculatae sunt. Hæc verò die stat cum  
 Infirmitate, quæ ad Hanc diem durat, sed  
 postea quæ in stabulo curavit Infirmitas  
 unâ die 1546 Annorum, alterâ die Sta-  
 bulario cum Duobus Denariis rerum Su-  
 periorum & Inferiorum, Authoritatis  
 & Rationis, dat Infirmitatem, seu Infir-  
 mam naturam Humanam, & omnino  
 illius arbitrio committit, ut curam illius  
 nomine Samaritani cum Olei & Vini  
 infusu Virtute habeat, abundè receptu-  
 rus quicquid in hac curâ supererogârit.

13 Hic est *Petrus* secundus, hic est  
*Eliaz*, qui cum venerit, restituet Omnia.  
 Hic est alter *Moses*, primo similis. Hic  
 est *Iosaphat*, qui spoliato Sobna succedit  
 in custodiâ ararii sacri. Ad hunc venit  
*Christus* non primâ, secundâ, aut tertiâ,  
 sed *Quartâ Vigilia*, ambulans super *Mare*  
 omnium Gentium ab ipso solo suba-  
 ctum. Hic est *Quartus* ille *Angelus*  
*Thyatirensis*, qui Omnes populos roget  
 in Virgâ ferreâ, eò quòd Dominus illi  
 dabit *Stellam Marinam*. Hic unâ jun-  
 get tres sequentes Angelos, quintum,  
 sextum, septimum, ut Omnia *Vnum*  
 fiant. Doctrina hujus est in *Quarto Evan-*  
*gelistâ* *Iohannè*, quia, sine Parabolis,  
 Fide & Authoritatè, duce *Ratione* O-  
 mnia clarissimè tradet, Animasque o-  
 mnium instar Aquilarum in sublime vo-  
 lare docebit: Resque ~~maledictissimum~~  
 omnium Hominum credet, & prædica-  
 bit, omnia Christo ferens accepta. Hic  
 est *Nathana-El* in Quarto loco vocatus,  
 verus *Israhita*, in quo dolus non est.  
 Ob hoc mysterium Quartus est *Christus*  
 cum Tribus prædictis Discipulis, dum  
 est passurus sed potissimum dum trans-  
 figuratur. Et quia in Quarto loco est cum  
 Mose & Elia, idè instar *Quarti seminis*  
 implet

implet Triarempora imperfecta, Naturæ, Scripturæ, Gratiæ; quæ in potestate tantum perfectâ fuere, donec veniat illorum in quarto loco *Transformatio*, tunc enim *Elias*, *Hanochi* socius, legem Naturæ, *Moses* legem scripturæ, *Iesus* suam legem Gratiæ deducunt de Potentiâ in Actum, ut adferatur fructus Trigecuplus, Sexagecuplus, Centuplus: atque omnino è medio tollatur ista diversitas tot professorum *sub Unâ Veritate*. Tunc enim erit *finis Mundi*, id est Larvæ istius Babylonice, quæ omnibus fascinat nunc oculos. Sed Quando ista erunt, ab ætatibus præcedentibus licet colligere.

14 *Natura* duravit annos 1656. ad Diluvium; Scriptura (facto circa 800 annos interlegio) 1503. *Gratia*, 1546. Ita instat *Dies Domini* magnus & horribilis.

## II. QUÆ IN VETERI

hoc ipsum docent.

15 **C**reatura rerum, nostro aptata Ingenio, quæ omnino simul à Deo facta est, sed à Christo qui est

אלהים.

**וְהָיָה**, id est, Deus erga Nos, quasi  
**וְהָיָה** est, *successive disposita*, secundum  
 Ordinem, successionem & aptitudinem  
 Rerum de potentia Materiae in  
 Esse deducendarum, nobis omnino exponit  
 illam *Quarum perfectionem*. Deus  
 enim, Deus Homo, Angelus & Materia,  
 sunt ante ullam distinctionem materia-  
 lum, ita tamen ut quia Materia sit finis.  
 Deus suo Quaternione auctus, in Chri-  
 sto suo Quadruplici Nativitate, Angeli  
 suo facto Quaternione, Materia suis  
 Quatuor gaudet Elementis & in caelo  
 & in inferioribus positis, illic enim sunt  
 defaetata, hic sunt faculta Materia:  
 Ideo Igais celestis, Aer, Aqua, Terra  
 quae est in caelestibus, deorsum innatant  
 nos illuc vocando.

16 Sed in Genesius descriptione  
 magis haec patent. Dies *Primus*, non nisi  
*Quarta* habet complementum. Nam  
*Lux* sparsa, ut in Aurora & Crepusculo  
 videtur, tunc creata triduo sic fuit, do-  
 nec *Quarta* die in Duos globos Solis &  
 Lunae cum Stellis est redacta: ita tamen,  
 ut à Sole solo sit vera Lux. Sic *Altera*  
 dies non est nisi *Quinta* completa, quae  
 ab eo *Quarta* est. Nam licet Aquae sunt  
 distinctae secundà die, non tamen Vitam  
 habuere,

habuere, quæ finis illarum est, nisi Quintâ die. Tertiâ die Terra est exornata Vegetabilibus, herbis & plantis: at quia non sunt hæc causâ sui, ideo Sextâ die complementum in Animalibus, & Homine accipit. Septima die est Quies. Tota itaque Imperfectio est ante Quartum diem, Perfectio vero Trium præcedentium in eo continetur. Lux est Lex Naturæ per Gratiam, illuminans omnem Hominem venientem in Hunc Mundum. Aquarum distinctio, & Firmamenti inter illas positio, satis patet in electione aquarum Iudaicarum à cæteris aquis. Aquæ enim multæ sunt populi multi. Terra apertio, & aquarum ab ejus superficie profligatio, satis patet etiam sub lege Gratiae, quæ explicatis Hominibus illos ab Aquis Mundi eduxit, & legem posuit, ne Aquæ falsæ & noxiæ amplius coopetirent Terram. Sed in Quarto loco Luce Naturæ completa, Omnia etiam in suum finem & perfectionem veniunt. A Quarto ad Septimum non nisi Quies est.

17 Rursus Eden est summa Mundi Voluptas, id est Deus: in Eden est Hortus Animæ Christi plantatus, in qua sunt omnes fructus Mundi. Sed in ejus medio

medio est *Arbor Vitæ*, Christi Humanitas, per quam omnes Vitâ supernaturali vivimus in Virtute Animæ; antequam Corpus nasceretur, in animo & corpore, virtute Incarnationis & Passionis. Deum in eodem Medio est alia *Arbor Scientiæ Boni & Mali*, videlicet Sacramentum Communionis: ita est *Rota in medio Rote*. In Infinitate divinitatis, est inclusa *Anima animarum*, Angelis maior; in Animâ inclusum Corpus corporum, post Glorificationem, Cælis latius, & capacius; in Corpore Animâ & Divinitate est omnium Umbilicus, sacrosanctum *Sacramentum*, quo reverâ efficiemur sicut Dei, scientes Bonum & Malum. Ideò hac ambitione ductus *Adam*, rerum istarum peritus, à cuius *Animâ hoc habemus*, volens hoc in suo typo Arboris præoccupare, antequam veniret constitutæ Ecclesiæ *Mediator*, ad consecrandum hic seipsum, & Nos & Seipsum miseros fecit. Hic est fructus Arboris, unde peccatum venit; unde opus est, ut actu Mors à corpore eodem profligetur Remedio rectè usurpato, quo malè occupato est ingressa; & multo magis Nunc, post peccatum, necesse est illi incorporari

proporari Quotidie & assidue, quum  
 sine peccato etiam opus fuisset sic illi  
 inuagis. Hæc est *Cabodicta*, & *Raziel*  
 sententia etiam monumentis secretioris  
 tradita Theologia, in 72. secundum Re-  
 sponsas verbalibus, Sicuti itaque Huius  
 manitatis Christi Arbor est Reparatio  
 à peccato, sic Arbor Sacramenti est in  
 Vitam æternam in Animo & Corpore  
 re Restitutio.

18 Ab isto Horto & Vicinâ Arborum  
 Quatuor ex *Vna Fonte* exiunt Elu-  
 mina, (ca enim *Quatuor* non nisi *Vnum*  
 sunt,) *Primus* vadit versus Meridiem, ad  
 querendam Misericordiam sub lege Na-  
 turæ, in Dextrâ parte constituta. *Alter*  
 vadit versus sinistram, aut Aquilona-  
 rem partem, in rebus Inferioribus &  
 fluxis sitam: sicuti lex scripta tota in  
 Securitate & rebus Corporeis est sita.  
*Tertius* in Occasum ab Ortum venit, Iusti-  
 tiam unâ & Misericordiam comple-  
 tens, brachiaque Mundi in se habens  
 Christus, acutâ levitate in celum vio-  
 lentos introducens. Superest *Enfrates*,  
 qui licet sit ab Occasu, tamen *nusquam*  
*quæ vadat exprimitur*: cæ quod Quarto  
 in loco *Omnia* erunt libera, ubi ab Occi-  
 dentia electissimo *Império* originem du-  
 xerunt.

ſerunt: & tandem Tigris & Eufrates  
 una ſurgente aquas myſterioſas: Humi-  
 litatis, Crucisque & ſancti ſacramenti,  
 quo omnes *Ferati* ſeu *Eufriati*, id eſt  
 Copioſi & Redivivi erimus, quorum  
 Crucem portare ſategerimus. In eo ſu-  
 mine *Eufriatis* ſunt ligati *Quatuor Sen-  
 gels*, *Vindictæ Dei* dices, videlicet Ma-  
 gſtratus facti, proſanti, mixti, & ſtatus  
 popularis, qui pridem ſunt parati, ut  
 occidant Tertiam partem Hominum.

¶ *19. Adam, Cain, Hebel, & Seth*, hæc  
 eadem notant, ſicut in ſingulis Semi-  
 bus ſunt proprietates infinite multitu-  
 dinis inde oborituræ: eſt enim *Dans in  
 Scriptura*, ſicut in *Natura*: *Adam* pec-  
 cato periens, eſt inſtar legis *Naturæ*:  
*Cain* odio ambitioneque obrutus ſecum  
 Mundanarum, non ſatis habet perire  
 ſed occidit fratrem ianueſcentem. Sic  
 fecit Lex ſcripta, quæ nil aliud quam  
 occidit ſuos adamantinos ſectatores, &  
 demum Chriſtum in ſe & membris con-  
 fecit. *Hebel* innocens dedit Mundo in-  
 grato ad hanc diem pænas: ſed ſanguis  
 ejus idcirco clamat de terrâ, quia à fratre  
 carnali ob Ambitionem conſectus Chri-  
 ſtus, magis à ſuis, quàm à Iudaicis Cami-  
 lis. Verum in Quarto loco *Seth* pro  
 Hebel,



1. Hebel; & non pro Cain nascitur, non  
 corruptus, sed ad imaginem illam im-  
 mortalem, quam Adam receperat  
 primo ante peccatum. Hic est *status*  
*Restitutionis & Contortio*, ubi Omnia re-  
 duntur ad statum primum. Noach  
 Sem, Cham & Iafet eadem inuenerunt. Et  
 ibi pro *Asa* in primo loco, ubi de  
 generationibus agitur, ponitur *Sem*, ve-  
 luti stabilimentum omnium, qui super-  
 stes est 300 post Diluvian auias. Ve-  
 rum sicut in primo Quaternione visa  
 est antiquitas depravari *Cham*, sic in  
 2. Tertio loco nunc immobiliter poni-  
 tur *Cham* maledictus, qui nunc ve-  
 renda pars filii, amore Vitis suae  
 & ebrietas inter propter vitam Cha-  
 mitatum, & hypochondrium & deniso-  
 rum, qui in sede Christi sedens, in toto  
 mundo blasphemetur Christus, &  
 schismata orientur. Sed factus est ob id  
 maledictus *Cham*, & servus struina  
 3. Inordinati brevitatis. *Epistola de Quil.*  
 30. Sicut in origine condita *Nature*  
 Quatuor, in principio Repullulationis  
 & Intellegi Quatuor nobis exposuere  
 futurarum tunc rerum conditionem:  
 Sic etiam sunt Quatuor in Tribus, in  
 principio Legi, seu in statuata per Fi-  
 dem

dem. *Pietatis* in *Sunt* quoniam *Abraham*,  
*Isaac*, *Jacob*, & *Israel*. *Abraham* in *Star*  
*legis Naturæ*, in *Animâ* sublimiori &  
*dextrâ scriptæ*, procedit in *Dextram*  
*versus Misericordiam*. *Isaac* in *rebus*  
*Corporis* *legi* *dati*, *radinad* *Aquila*  
*nem cum Deo* *Imaginem* *Abraham* *scu* *Bremce*  
*ris* & *Rigoris* in *Jacobi* *quandiu* *Jacob*  
*est*, *extra* *vadit*, *vadit* *inter* *utrumque*  
*ad Orientem*, *quoad* *lucetur*. *Quatuor*  
*Uxores* *pro* *Unâ* *Bachel*, & *Rediens* *int*  
*de* *mutatur* *in* *Vidua* *Alterum* *in* *Oscar*  
*fu*, *in* *transitu* *torrentis* *Jabor*, *id* *est* *Jor*  
*danis*: & *tunc* *fin* *Israel*, *quando* *præva*  
*luit* *contra* *Angelus*, & *collitur* *illi* *Ner*  
*vus* *rebellionis* *Carnis*, *de* *quo* *nullus*  
*verus* *Israclita* *ab* *quo* *tempore* *volunta*  
*riè* *comedite*. *Sicut* *itaque* *Christus* *Je*  
*sus*, *est* *Dignitas* *et* *Persona* *in* *eodem* *sub*  
*jecto*, *sic* *pro* *duobus* *ponitur* *differen*  
*tissimis* *in* *scripturâ*. *Jacob* *et* *Israel*.  
*Christus* *in* *suâ* *Honore* *et* *exult* *con*  
*tra* *unum* *Mundi* *voluit* *ad* *hanc* *diem* *in*  
*se* *et* *in* *se* *condulcari*, *ut* *in* *Nomine* *I* *E*  
*S* *V* *proprio* *omne* *genus* *flectatur*. *Jaa*  
*cob* *fratris* *supplantiator* *semel* & *fig*  
*nam*, *sic* *Exul* *in* *conquirendâ* *familiâ*.  
*At* *Israel* *factus* *in* *terrâ* *sanctâ*, *agit*  
*compositâ* *familiâ* & *domi* *prædilectum*  

U

*Benjamin*,

*Beniamin*, qui est instar filii & Matris, generat.

21. Vxorum ejus ratio idem indicat mysterium ætatum Ecclesiæ. Sed quum succurrit, nolo obmittere *sacrificium* *Quadrupartitum* *Abrahami*, in quo *Iunx*, *Capra*, *Aries*, per medium secantur, instar *Trium* temporum. Aves in *Quarto* loco positæ, *Turtur* & *Columba*, non dividuntur: sic revera non erit ulla per *Infirmi* tatem in *Concordia* divisio, sed in fine *Dierum* omne *Peccatum* erit in *Spiritu* sanctum, & irremissibile, diabolicoque simile. Hoc verò divisio non est, quia *Spiritus* & *Cara* unâ illic consentient, quod ad hanc diem non fuit. Vxorum *Jacobi* prima, *Lea* infirmis oculis, peccatum in *Natura* non novit, & supposita *Racheli* veræ *Naturæ* & pulchræ fuit. Vbi *Quatuor* peperit *liberos*, quorum *Tres* primi sunt maledicti a patre, *Quartus* *Juda* est electus in patrem *Mellæ*. Supposita est in secundo loco *Rachelis* ancilla vetus in *Judaismo*, sed adulterina gens est. Nos *Tertii* sumus *oleaster*, & filii *Zelæ*, seu *Zilpæ*, ancillæ *Leæ*, & ideo reprobandi veluti adulteri nunc sumus *Romæ*, ut repetamus *Ierosolymam*.

, mam, avitam sedem. Quartus nothorum istorum est Aser: & ideo Beata etiam ejus nomine dicetur mater Ecclesia in Electis, propter quos breviabuntur dies primi Iudicii. Nam nulli post extremum sunt superfuturi, nec erit temporaria ea afflictio, sed momentanea.

22 Verum postea quum infelix Rachel poterat parere, dat pro *Mandragoræ* Amoris Mundi & soporiferi odoris, locum Leæ denuo, & patit, 600 post Christum annis, *Ismaelitas*, per socordiam & luxum nostrum, qui accipiunt jus Mandragorarum Rubeni primogeniti, in toto nunc orbe semi-Iudæi & semi-Christiani dominantes. Ius est Rachelis, Mandragoræ sunt Iudæorum, seu Rubeni, qui est illorum primogenitus: tamen Omne illud in Vnum involvit *Muhamedes*, quum tamen etiam Antichristus Secundus sit. Eo tamen, quod nobis dormientibus quasi universum ab Idololatriâ repurgavit, non est dedignata Veritas æterna illius meminisse in parabola Patrisfamilias, qui exit summo mane conducere operarios suos in vineam. Etenim licet non fiat bonum, magnum est recedere à magno Malo; sit  
in

in minori fletur. Sunt illi, qui in Vocatione *penultima* sunt. Quæ enim nunc fiet à *Stabulario*, erit *Ultima*, & instar Omnium, omnes in toto mundo amplectens Veritates, ante hoc tempus cognitæ, ut illarum ductu in incognitas veniamus. Benedictio certè, & magnæ in Religionis jure potestatis promissio, sit Muhamedi in benedictionibus *Ismael*, tam matri Hagaræ quàm patri Abrahamo factis; XII. scilicet *Duces* sunt Religionis titulus, sicut in lege Naturæ sub Adam ad filios Noachi sunt XII. *Patres*. Sic à Iacobo nascuntur totidem *Tribuum Capita*. Ideo sub Christo Vno fuere XII *duces Apostoli*, sicut erunt nunc sub Petro secundo 12 *Præmariti*, & ubi vis 72 Generationes, Animæ, Senes, Discipuli, Ministri: quia hæc à cælo pendent, & vi Nominis divini, וְיִשְׁרָאֵל, Benedictio etiam Isachar & Zabulon est Ismaelitarum, & ideo *Sin. littera Trinitatis in וְיִשְׁרָאֵל* nunquam habet spiritum in totâ scripturâ, quia Trinitatis Myſterium & Veritatem in primis refugere, quum patres Iudæi nil familiarius noſſent. Felix demum Quæſto in loco Rachel parit Iosef, extra Terram sanctam, & Benjamin intra illam.

iam, cujus enixu moritur. Satis est quod legitimi sunt, & secundum voluntatem Patris, hi Duo filii: & ideo habent sua castra ad Occasum, Duas habituri partes. Ideo David orat manifestari Deum coram Efraim, Benjamin, & Manasse, & non ante se. Promisso Christo in linea Iudæ, sicuti docent Benedictiones ejus, fuere Duæ seminis suscitationes hoc Mysterium indicantes. Nam palmæ seu Thamar dati *Her & Onan*, seminarunt in Terram, & ideo occisi sunt; ille Diluvio in Naturâ, hic Captivitate & 60 centenorum millium hominum internectione, sub lege Scriptâ, in pœnam sparsi in Terrâ seminis. Erat tertius *Sela*, sed cum nolebat dare Iudas, ne periret, donec ipsa Tamar in veste meretricis concepit ab ipso socero Iudâ gemellos, *Perezium & Zarachum*, patres David. *Ruth* Moabitidis idem indicat. Nam Naomi à Bethlechem fugiens famem in Moab, habebat unum matrum Elimelechum, & duos filios Mahalon & Chilon, quibus dedit uxores Moabitidas Ruth & Horpam. Mortuis extra terram Tribus maritis, *Orpa* conjux Chilonis extra manet, *Ruth* venit cum socro Naomi in Bethlechem, ubi à Boaz.

à Boaz Quarto Viro suscitaturam Ruth  
 semet nomine defunctorum, ipsi Naom,  
 & deinde dicitur nasci Obed ex Ruth  
 ipsi Naomulo Unde ostenditur, ut Hibern,  
 seu suscitationis seminis, non tam fieri  
 causâ fratrum, quàm causâ patris &  
 matris: Patris, Dei & Christi; Matris,  
 Ecclesiæ & Naturæ. Inde nascitur Da-  
 vid cum hoc sub typo primi, qui in Sy-  
 riâ tantum regnavit, Quum itaque Or-  
 monia in Figuris illis contingerent, nobis  
 certè, in quos seculorum fines deven-  
 re, sunt scripta ad correctionem. Innu-  
 merabilia sunt dona, hæc mysteria indi-  
 samia. Manifestius verò est, quod re-  
 probato Eli cum duobus filiis Ofni &  
 Phinhas Samuel extraordinariè à Deo  
 eligitur, & Tertio vocatus nesciebat  
 Dominum sicut Petrus Ter negando,  
 Ac quarto audit, & futurus Propheta,  
 usque Dan usque in Bersaba, id est latitu-  
 dine Hemisphæri cognoscatur, quod  
 Samuel est Propheta Dei. Hic faciet ut  
 ponatur in templi edificio post Tres or-  
 dines Lapidum Quartus Cedarum  
 10: 23 Clarum est, quum Fructus à Deo  
 requisitus, finalisque sit Virtus unita  
 Charitati, & Arbor plantatioque sit  
 Homo, ista Mosem exposuisse sole cla-

rius, in loco quoad litteram, nunquam  
 potuit intelligi, aut observari, ubi ait:  
 Quum intraveritis Terram quam Do-  
 minus Deus vester dat vobis: illi est  
 Christus, qui Terra nostra est: & plan-  
 taveritis Arbores, Homines initia venitis  
 factis, Tribus annis fructus erit in præ-  
 putio, id est Tribus temporibus Virtus  
 est, ob infirmitatem carnis à peccato ma-  
 tam, imperfecta, tempore anni Naturæ  
 Scripturæ, Gratiæ sub quo non, quod  
 volo bonum, illud ago: hæc de Arbore  
 fructifera non possunt intelligi, quia non  
 la ante Trigninum. Arbores fructificat, aut  
 rarissime. *Quarto autem anno*, ait: ce-  
 runt fructus laudabiles Domini: id est,  
 Quartâ ætate & Senio. *Resistentis omni-*  
*bus*, fient opera Deo grata & completa.  
 Ideo non dicit laudabiles vobis, sed Dô-  
 mino. *Quinto autem Anno*, id est, con-  
 summato Mundo, *Octavâ die*, aut *Mil-*  
*lenaria* Mundi, reponentur Vobis in  
 usum: quia tunc Opera illorum sequun-  
 tur illos in æternum. Hæc est ratio, quare  
 super Tribus sceleribus Trimum ætatum  
 parcit Deus, id est non exterminat: ac  
 super *Quartum* non parcit, quia tunc in  
 Senectute non peccatur per infirmita-  
 tem, sed per Maliciam.



24 Quia *Diabolus* in *Cælo*, diu antequam caderet, studebat & dissimulans viderat istarum Quatuor ætatum Ecclesiarum rationes in *Studio Angelico*; ideo vocatus ad adorationem Mediatoris, quum facile eius Divinitatem, ægrius ipsius Animam, multo ægerrimè Humanitatem assumendam adorasset, nunquam voluit in *Eucharistia* specie adorare. Invidiâ ductus, quod illo Angelorum sibi passi Homines multi fierent Angelis multis superiores & pares: maluit huc ad *Aquilonem* materiale deijci *Cælo*, & instar Simiæ cuncta pervertendo, facere etiam suas *Duas Ecclesias* malorum instar Dei, qui in Angelis & Hominibus illas habet. Primo itaque abolitis sequacibus suis ad unum in *Diluvio*, ubi statim adolevit *Mundus*, suscitavit Regnum *Babylonicum* duce *Nembrotæ*, homine perdito, qui *Belus* etiam is tanquam *Babelus* est dictus; inque eo facie *Bucconiam* impietatis, per Honoris cupidinem. Sequens ætas juvenilis fuit, *Medica*, aut *Affyria*, Luxu corporis dedita ad prodigium. hæc primam confecit, & vitium ejus est cum suo amplexa, donec à *Greco* Monarcha est subacta, qui *Avaxicia* inexplibilis seu

dominandi ardore urebatur. Senium  
 verò ejus omnes in vitiis magis quàm  
 in potentiâ amplexum, *Roma* videlicet,  
 summam illi Impietati manum in loco  
 Quarto posuit, donec *Lapis* abscissus de  
 Monte æterno *Iesus*, per mortem sui &  
 suorum *Vicit* summam Diaboli in ipso  
 & perditis Regnis potentiam, & cui nul-  
 la Humana erat par. Fractus ita Satanas  
 ibidem inter servos Christi perditos,  
 nunc replantavit eo modo spinas, ut an-  
 tiquitatis scelera si præsentibus compo-  
 nantur, possint virtutes videri. Sed quin-  
 ta quædam sceleris essentia facta est *Ba-  
 bylon*, sanguine Christi & Martyrum  
 suum genus alens & promovens. Sed  
 quum sciat hoc genus etiam ruiturum  
 suo tempore, alias artes est molitus, qui-  
 bus animos irretiret, postquam rebus  
 corporeis fucum facere amplius non  
 poterit, oculatis jam hominibus. Susci-  
 taverat in *Chaldæa*, unâ cum falsâ Poli-  
 tiâ falsum cultum, quo sensim homines  
 à Numinis summi cognitione avocaren-  
 tur, idololatriâ excitata.

25 Quum itaque per Mediatorem &  
 Sapientiam creatam agnosci Creator  
 debeat in toto Orbe, disseminatum *Anti-  
 christianum*. Venenum in obliteratione  
 Veri

Veri Dei est, & factum est Mare Impie-  
tatis (quod iure Essentiam vocas) &  
Abyssus, quod potissimum ad incarnatæ  
usque Veritatis tempora viguit. Quum  
verò sensisset terra pestis plus damni se  
recipere ex Adventu, & Religione Me-  
diatoris, quàm lucri, ex falso primi- &  
generalis Antichristi cultu, tunc videns  
nostrâ socordiâ ignavum illum prophe-  
tam *Ismaelitam*, Virtute Benedictionis  
datæ Patri & Matri surrecturum, illi se  
adjunxit, & ex prophetâ *Secundum* fecit  
hac lege *Antichristum*, ut ille abolendo  
Idololatriam in toto Mundo, dirueret  
etiam totam Gloriam Christi, falsisque  
Opinionibus, contra Iesum & Mosem  
introducendis, Christum conculcaret cum  
Idolis. Sic *Seminarium* omnium *Hære-  
seum* quæ antè fuerant, est in eo Centone  
repositum. Verùm quum nunc videat  
apertis mundi oculis, non posse am-  
plius fieri ut Romana, imò quæ sub  
Christiano falso populo ubique viget  
Ambitio, & scelerum sentina duret, aut  
etiam ut diutiùs nœniæ Muhamedis suos  
retineant, nunc prospicit, & palàm &  
in cuniculis omnino Evangelium ex  
Evangelio expugnare, Ecclesiamque  
Ecclesiæ confodere decretis, Doctores

„ sacros Doctoribus, Sapientiamque (ut  
 „ semel dicam ) sapientia oppugnare  
 „ non cessat : nec cessabit, donec *Tertium*  
 „ insignis cujusdam & bene præceptu  
 „ Evangelicæ *Veritatis armatæ Caput* in-  
 „ surgat, sicut docuere *Syrmensis*, &  
 „ multi nunc ubivis Impii, & titulos  
 „ authoritatis Ecclesiasticæ usurpando  
 „ deturbet hanc *Hydram* funditis, per  
 „ quam hodiè totus patitur & concuti-  
 „ tur Mundus, nomenque Tertii *Anti-*  
 „ christi sibi inurat, donec à *Principe Is-*  
 „ su Christi Vindice, & ille & omnes  
 „ Mundi potentia deturbentur, colla-  
 „ que actuali Evangelicæ Obedientia  
 „ submittant, unà cum omnibus po-  
 „ pulis. Et sic fiet *Unum Ovile*. & *Unus*  
 „ *Pastor*, præcedentibus Doctoribus, qui  
 „ Ratione omnia divinâ doceant : &  
 „ sequentibus *Vindicibus*, qui aut intiare  
 „ omnes Verbis & Opere, aut mori  
 „ cogant, Pacemque fœdam in Univerſo  
 „ ponant, duraturam quoad veniat fi-  
 „ lius *Perditionis*, qui extolletur supra  
 „ omne quod dicitur Deus. *Primus* An-  
 „ tichristus generalis elevatus est supra  
 „ omne quod dicitur *Ratib*, præceptu Dei  
 „ ad Homines attrahendi, tanquam uf-  
 „ quam abesset. *Secundus* elevatus est su-  
 „ pra

pra *Christum*, prætenu Honoris Dei, & super Mortem ejus, prætenu bonitatis ejus. *Tertius*, prætenu Honoris Christi elevabitur supra omne quod dicitur *Ecclesia*. *Quartus*, & ultimus, supra omne quod dicitur *Deus*!! & sic erit finis Militiæ tam divinæ, quàm impiæ. Hic est, Rerum æternus Ordo inviolabilis, cui suffragatur perfectissimus & ultimus *Scripturæ Sensus*: quem qui cum Humilitate, Oratione, Puritate, & frequenti *Communione* scrutabitur, nullius ostentationis, sed gloriæ Christi gratiâ, omnino inveniet, maxime in *Lingua Adami*, *Mosis*, & *Christi*, ad quam nunc omnes Redeamus oportet. Benedictus sit Deus.

F I N I S.

voluit (A)

Si-

**Sequitur**

## APPENDIX

**In quo continentur :**

- I. Titulus libri de Nativitate Mediatoris.**  
**II. Caputum Index ejusdem Libri.**  
**III. Epistola ad P. P. in Concil. Trid.**  
**IIII. Alia Epistola, ad D. C. S.**  
**V. Scripta Postelli insigniora.**  
**VI. Clavis Editoris ad clavem Autoris.**  
**VII. Conjectura G. S. de Adventu**  
**CHRISTI.**

**(I.) Titulus**

(I.) *Titulus Libri*

DE  
NATIVITATE  
MEDIATORIS  
ultimâ nunc futurâ,

&

*Toti ORBI TERRARUM,*  
in singulis Ratione præditis,  
manifestandâ.

O P U S

In quo totius NATURÆ  
Obscuritas, Origo, & Creatio, ita  
cum suâ Causâ illustratur,  
exponiturq; ut vel Pueris  
sint manifesta,

*Qua in*

THEOSOPHIÆ & PHILOSOPHIÆ  
Arcanis hætenus fuere.

AVTORE SPIRITU CHRISTI,  
*Ex scriptore Gulielmo Postello, Apostolicâ*  
professione Sacerdote.

in Lib. I.  
DE NATIVITATE  
MEDIATORIS.

**E**PISTOLAE ad Venerandos Patres, in Concilium verè Oecumenicum congregatos, & congregandos.

De vero cognoscendi modo, quo certissime ad summi Cognoscibilis considerationem veniatur.

De Transcendentium notionum & Vocabulorum generali consideratione.

De Elementorum & Individuorum consideratione generali.

De Naturæ Cælestis contemplatione.

De Speciali Consideratione Elementorum inferiorum; & primò de TERRA.

De Naturâ Spirituali, in generali, & quomodo multiplex in Vnum conspiret Subjectum.

De



De Divinâ Naturâ, an SPIRITVS dici possit.

De SPIRITU & Spirituali Naturâ, in speciali.

De MENTE.

De ANIMA.

De Nativitate seu Origine Rerum omnium multiplici.

De Nativitate MEDIATORIS absolutâ & necessariâ in generali.

De Eternâ & absolutâ Generatione MEDIATORIS, in Divinis.

De Secundâ Nativitate JESU CHRISTI, & cæteris.

De modo singularum Originum aut Nativitatum.

De necessitate absolutâ istarum Nativitatum, & præcipuè ultimarum.

De consummatâ Felicitate, & nobis, & Mediatori nostro communi.

De

De horum Myſteriorum Na-  
tivitytis finalis frequentatione.

De admirabili virtute Myſte-  
rii, Quartæ Nativitatis.

De CHRISTI dilatacióne  
in Vniuerſo futurâ per hanc ſacro-  
ſanctam Nativitatem, ſicut eſt  
ab Initio.

De Vltimâ Vniõne, in Infectio-  
nibus.

De Vltimâ Disgregatione in  
ſingulis Homini-bus.

APPENDI K necollaria, de  
Materialis Subſtantix ampliori  
Conſideratione.

De Vltimâ Disgregatione in  
ſingulis Homini-bus.

De Vltimâ Vniõne, in Infectio-  
nibus.

De Vltimâ Disgregatione in  
ſingulis Homini-bus.

De Vltimâ Vniõne, in Infectio-  
nibus.

(III.) EPI-

## (III.) EPISTOLA

scu

P R Æ F A T I O

ad P. P. in Conc. Trid. 1547.

1. **S**PIRITVS ille *Vniuersi*  
*Moderator*, qui dat & di-  
 stribuit sua Dona Omnibus, pro  
 suæ solius Voluntatis legibus, qui-  
 que aut iubet, aut non finit statis  
 Locis & Temporibus. **D E I**  
**V E R B U M**, quod Omnium  
 Donorum Instar est, prædicari:  
 me impotenter usque adeò ur-  
 get, ut nulla illi valeat opponi Po-  
 tentia, ne unquam ab assertionem  
**G L O R I Æ C H R I S T I**,  
 mihi manifestata, cessem.

2. Quum enim in toto Naturæ  
 cursu nihil sit Cessationis, sed O-  
 mnia assidue sic agere contem-  
 dant, ut continuum Esse, Vita &  
 Proprietas illis assidue Cælitus  
 indi-

inditur: multo minus Mihi licet  
 esse Cessatori, qui, præter Natu-  
 ræ & Gratiaë doctes, singulis Ra-  
 tione præditis animantibus indi-  
 tas, mihi & cæteris communes,  
 urgëat vi **S P I R I T V S A-**  
**G E N T I S, & L U M I N I S V E**  
 superioris iure dicunt, ut ista Co-  
 ram Vobis effundam. **A**udio  
 3. Licet verò nullo modo **P R O-**  
**P H E T I A E S P I R I T V S** sit  
 Humano iudicio obnoxius; ta-  
 men ex eo, quod Omnia Regna-  
 , ta divina sic, ducè Ratione, sua-  
 , deo, ut nil sit in Sacris tam ar-  
 , dum, quin ejus Veritatem, cla-  
 , rius quavis Dæmonstratione, cer-  
 , nam, si ita exponam, ut proba-  
 , bilius, certiusque nihil adferri aut  
 , adponere valeat: decrevi **E C-**  
**C L E S I A E D E I** per suos un-  
 devis geminè electos & collectos,  
 iudicaturis proponere, ut **V**nitus in  
 Concilio multorum **S P I R I T V S**  
 hoc

hoc ipsum Omnibus tenendum  
proponat, quod in Vno insudit;  
aut vetet in Troade absolute bo-  
nam Doctrinam, predicari, quæ  
tam in Græcia tota est condu-  
cibilis.

4<sup>a</sup> Causa autem hujus **P RÆ-  
FATIONIS** & satisfactionis  
est, eo, quod Duo opuscula no-  
stra hoc Anno 1547 prodire sine  
Dedicatione, quum neutrum, lu-  
peritne **ABSCONDITIONE**  
**MUNDI** opere, vellem  
ante ejus publicationem edi. Ty-  
pographus enim, ait, ne mihi  
esset in mora, ait, ut etiam mihi  
gratificaretur, ait, quod magis  
credo, mole majusculi & quarun-  
dam **FICVARVM** inferen-  
dum curatione occupatus, ea  
prius edidit, quæ opus absolutum  
ante omnia publicari postula-  
bant. Et **CLAVIS** itaque  
**ABS-**

12 EPISTOLA  
 ABSCONDITORVM, &  
 MODVS CONCORDIÆ  
 VNIVERSI DISSIDII  
 MVNDI, sunt edita ordine  
 præpostero. Illorum enim Ap-  
 pendicum, DEDICATIO  
 ABSCONDITORVM, O-  
 mnia Ecclesiæ Dei submittens,  
 nomine facit satis. Sed illud Scri-  
 ptum breve, quod proximis die-  
 bus mihi ad Delegatos BONO-  
 NIÆ, nomine Omnium est sa-  
 tisfacturum.  
 Verum quum nullo modo  
 possint ab Omnibus perpendi, quæ  
 in Vno tantum sunt Exemplo;  
 quumq; interim traducatur GLO-  
 RIA CHRISTI ab illis, qui  
 Omnia nos ECCLESIAE cen-  
 suræ subiici, non velle, & autu-  
 mant, & non ingrato ferunt ani-  
 mo: Visum est, isto RENA-  
 SCENTIÆ CHRISTI  
 Anno, addere superioribus Co-  
 lo-

lophonem in editione hujus ope-  
 us. De Ultima **CHRISTI**  
**NATIVITATE**, inscripti ;  
 in quo est ea Summa rerum, quam  
 potissimum in gem *Concilii*, ad  
 veritatis circa **MEDIA TO-**  
**RIS** Naturam absconditæ reve-  
 lationem, inscripseram.

6 Nam Vera & realis Naturæ  
 Mediatoris, in Cujus Essentiæ  
 Veræ Consideratione summa fe-  
 licitas est, ne Vmbram quidem  
 præter Duo Extrema, Specialis  
 novit Ecclesia. Duo extrema, vi-  
 del. Divinitatē & Humanitatem.

7 Quum itaque ille **I P S E**,  
 qui vult, nullo. Omnino excepto,  
**OMNES** Homines salvos fieri  
 & Potens & Sapiens ut hoc fa-  
 ciat, nunc **TOTI** benedixerit  
 „ generi Humano, **MEQVE** im-  
 pulerit, ut per Sacro Sanctæ

**SYNAXE Ω Σ ΜΥΣΤΕ-**  
**RIVM**, id salutiferum Bap-  
 tisma,

„filia, Omnes in Vnum cogit  
 „rem, Consecrando, ex intentio-  
 „ne ipsius CHRISTI, & E-  
 „jus ECCLESIAE, quicquid  
 „appositive, in Cibo & Potu, pro  
 „PANE & VINO, nutrit genus  
 „Humanum: opus est, ut de-  
 „nuò innorescat SENSUM ipse  
 „IESVS toti Mundo, deducta  
 „ita Essentia Ejus Origine, ex Na-  
 „turalibus & omnibus Concessis  
 „Principiis, ut nulla illis Natio pos-  
 „sit refragari.

- IV -  
 „8 Ad quid verò DEVS vellet  
 „OMNES saluos fieri Homines?  
 „ad quid illuminaret per Lumen  
 „participabile & Vicissitudinarium  
 „Omnem Hominem venientem  
 „in Hunc Mundum? ad quid O-  
 „mnibus Hominibus actu Vitam  
 „suam, Motum suum, Essentiam  
 „suam, MEDIATOR, veluti  
 „Truncus Ramis, aut Vita & Pro-  
 „prietas, Toti Arbori communi-  
 „catum.



carum veller? ad quid nos O-  
MNE S, jam ab A D A M O  
Primo, sumus membra CHRI-  
S TI, actu participantia de Ejus  
Essentia? vocamur & sumus, ut  
revera. Caro de Carne Ejus, &  
Os ex Ossibus Ejus sumus? ad  
quid demum Vniuersum Mun-  
dum, causa singulorum, sicuti  
Omnium, condidit per Media-  
torem eundem. D E V S, nisi,  
ut omnibus & singulis ita pro-  
spiciat ut in Integrum restituat,  
& in Refrigerium adducat?

9 SECVNDO enim AD-  
VENTV opus est, ut Omnibus  
expectantibus se, in salutem, abo-  
lita Morte, veniat. Fecit enim  
I V D I C I V M, jam à 1500  
Annis inceptum, à quo videli-  
cet scripsit dilectus Discipulus:  
Nunc Judicium est mundi. Sen-  
tim enim Omnia Divina facta  
sunt, & fient, donec in momen-

„to immutemur instar Volunta-  
„tis.

Omnia opus est Restitui, Pa-  
tres; nec potest ullo modo DEVS  
Homini, prius damnato, quàm  
nato, æternas infligere pœnas.  
Nec enim Impietate summâ ca-  
rere Dominus posset, qui, sine  
suâ Culpâ, malum servum dam-  
naret.

10. Hanc verò scribo Vobis  
„veritatem, Patres, ut desinatis  
„Anathematis perdere illos, pro  
„quibus mortuus est CHRIS-  
„TUS. Ipse enim in Omni-  
„bus & singulis agit Lumine  
„Conscientiæ docens, ut sint, in  
„verâ gloriatione, sibi ipsis Lex.  
„Aperite Oculos Patres, Fratres,  
„Filii, aperite Oculos, & Videte,  
„quomodo CHRISTVM  
„IESVM MVNDI RE-  
„DEMPTOREM in Na-  
„turæ Humanæ Carnificinam

„ convertitis imprudentes! Nunquam enim Sacra *Scriptura* non accedentibus ad Se Anathemate est imprecata. Etenim licet dixerit, Omnes esse initiandos, tamen eadem dixit: In *Omni* gente, qui facit Bonum, hic est acceptus illi. : Nonne Videtis intolerabiliorem facere Vos conditionem **CHRISTIANISMI**, quam **Judaismi**? **III.** Si ante Adventum **CHRISTI** nemo obligabatur ad **Judaismum**, & tamen Virtute Donorum Spiritus in Ecclesia positorum, totus, Conscientiâ Rectâ Vivens, salvabatur extra Synagogam Mundus; quod in Iobq, nomine Omnium, patet: salvabatur verò per Virtutem Mediatoris, latentis apud eos, qui Legem scriptâ, illam manifestante, carebant: nonne ibi eodem loco ponere debetis, qui ad hanc diem

de Eo non acceperunt ? aut qui, quod accepere, Silenii nostri & Pastorum incuria, perdiderunt ? Vti qui, durante lege, de Eo non acceperant ; & si acceperant, non obligabantur ullâ Lege scriptâ ad Judaismum ?

12 At verò mihi dicetis : illis non imprecamur qui nondum accepere, aut qui pridem Veritatem ejus perdiderunt ; compelle-  
re illos volumus, qui ab agnitiâ, & ad hanc diem probatâ in Eccle-  
siâ Veritate resiliunt. Potestis  
hinc ~~et~~ *anabemate* mederi, Patres,  
instar Scripturâ loquendo &  
definiendo.

13 Quin etiam ab Assensu, præ-conceptâq. Fidem concomi-  
tante, dependeat, ut aliquis in Ju-  
daismum, Ismaelitismum, aut  
Christianismum juret, nec ullo  
modo possit Assensum cohibere,  
et semel probatis : quid Vobis vi-  
detur,

adetur, si ad excitandam Socor-  
diam Ecclesie Brocerum, permittit  
D. E. V. S. Italico & Indelicis sententiis  
Neotericorum, & Nationem fido-  
lissimam antea, & ferme totius  
Orbis Christiani juventutem, li-  
teris imbutam, inhærere, ut as-  
sensum inde agere moveat.

14., Gravius aliquid addam,  
Patres, quoniam nomine Uni-  
versi loquor Vobiscum, nullius  
plane Potentiæ aut Gratiæ  
captans, aut Potentiam veri-  
tus, (*nam loquitur in me IESVS:*)  
Quæ fieri unquam poterit, ut *ecum-  
menici* Concilii rationem possint  
in Universo habere Vestra De-  
creta, quum ex innumeris Pro-  
vinciis & Gentibus in toto Orbe  
agentibus, vix Pauci ex Italiâ, Hi-  
spaniâ, Galliâque conveneritis?  
Oculatus *Mundus* est, Verba am-  
plius sibi dari non vult. Saltem  
à Moscoviâ, Græciâ, Armeniâ,  
E 3 Geor-

Georgiâ & Æthiopiâ delegatos  
 accessivisse opus erat, inque illam  
 rem *Sanguinis CHRISTI* malè  
 collocatum pretium impendisse.  
 Dico Vobis p<sup>er</sup> d<sup>omi</sup>n<sup>u</sup>m, quod clancul-  
 lum quivis mussitat. Certè per vo-  
 cabulum istud Vos omninò dero-  
 gatis Sanctionibus vestris. Et Utinã  
 ita nunquã fuisset vocatũ Con-  
 cilium, quia inde fiet *Disilium*.  
 Hoc unum dico Vobis,  
 Patres, ut sine *Anathemate*, Ve-  
 ritatis Leges exponatis. Faciliùs  
 hoc modo reconciliabitis Mun-  
 dum. Quamdiu Vita & Do-  
 ctrinã docebat ECCLESIA,  
 per suos Pastores, licuit impre-  
 cari resiliensibus: nunc autem  
 minimè, quum Vos factis im-  
 probatis quod Dicitis.  
 16. Agite Patres, agite ergo,  
 & satagite, ut qui estis in Con-  
 cilium coacti, Oneri Vestrarum  
 Proprietatum sanctè renun-  
 cietis:

ciatis : **VITA APOSTOLICA** , pro vestro simplici ex Baptismo , aut Duplici ex Sacro Ordine , vel Triplici ex Voto Monastico Sacramento , vivite , & in nullius gratiam loquimini . Si Vobis placent Animarum Curæ in Episcopo , aut in Curâ , longe sincerius sine Proventu docebitis , quam si Concilio recesseritis , quâ antè : & interim in ipso Concilio **SPIRITVM S.** purè sequemini . Quæ hodie tam pudenda in Summo Ordine videntur , ut desiderant in omni ante actæ Vitæ Impietate exempla ; illa primû tollere satagite : Sic tolletur omnino Hæresis . Alioquin & Vos ipsos & totum Orbem ludificabitis , & quanto plura statuetis , tanto pauciores recipiuntur .

17. Sit quantavis **DOCTRINÆ** , instauratæ sinceritas , jure merito , ubi in Verum & non Ti-

relationem tantū *documentum* Con-  
 siliū, Orbis Humani generis  
 coalescit, in dubium vestra Del-  
 ecta, velut preoccupata et ma-  
 ledicta revocabit, ut non unus  
 aut alter tantum Populus, sed Uni-  
 versū quorū interest, & propo-  
 nere libere & sustentare Propo-  
 sita Debetque recipere valeant.  
 18., Hoc quod Vobis nomine  
 , *Vatani* propositum cupio, no-  
 mine Comuni à Natura scru-  
 tatorum placitis omnino discus-  
 sis, nec Auctoritate receptis, pen-  
 det. Quare hos vult Iudices, qui  
 simpliciter Veritati student. Quū  
 autem habeat **ÆTHIOPI-  
 CAM ECCLESIAM** in  
**FIDEI** articulis consonam,  
 sine illis terminari nequit. Non  
 potest eadem Veritas in perpetuo  
 Consensu Articulorum Fidei, aut  
 Sententia, cui perinde omnes Ju-  
 dai omnibus ætatibus, jam ab  
 ipso



ipſo Moïſe, per ſacras interpreta-  
tiones conſectiant, reponi, quin ſit  
perindè vera, ut ſi in Noſtræ æta-  
tis Eccleſiæ decretis omnibus pro-  
batiſ haberetur.

19 „Nām idem SPIRITVS  
„S. eſt utriuſque temporis Eccle-  
„ſiæ Rector, ut non niſi ad Ter-  
„ræ Syriæ Sanctæ incolatum re-  
pulerit DEVS populum ſuum,  
donec, poſt ingreſſum Noſtrum,  
TOTVS ISRAEL ſalvus  
fiat per Veritates ſinceras, à ſuiſ  
majoribus, tempore ſuæ dura-  
tionis acceptas. Extant enim in  
Targum, Zohar, Midraſſim, Rab-  
both, & pleriſque aliis interpreta-  
tiſ.

20 Non eſt putandum, ut  
tam parva ſit DEI PROVI-  
DENTIA erga genus Hu-  
manum, ut populi benedictione  
*Iſraelis in Mahumede* donari ca-  
ſcant etiam ſuiſ Veritatibſ. qui-

bus illos Dator Luminis donavit  
in illis tenebris D E V S, ut quum  
manifestus apparuerit Mundo  
J E S V S, tandem, illis ducibus, ad  
Verum omnibus nostrum veniant,  
& sic CONCILIVM RE & No-  
mine OECVMENICVM, fiat.

21 „ Ne putetis, Patres, pec-  
cata Mundi impedire eam  
„ Communionem, quam Toti  
„ Mundo me iussit consecrare J E-  
„ S V S, quia, in Pœnam æter-  
nam, Peccatorum nostrorum non  
recordatur ampliùs: Venit enim  
Tempus, quum non dicent am-  
pliùs filii: *Patres nostri comederunt*  
*Vitam aserbam, & dentes Filiorum*  
„ *obstupescunt.* Sic enim tolletur  
„ *sensum* vis Peccati Originis, sine  
„ cognitione aut consensu su-  
„ mentium, sicut in Pueris sine  
„ assensu suo baptisatis, & Com-  
„ municatis. Satis enim est quòd  
„ Totus mundus Fide implicat

J E-

„ JESVM, id est, SALV-  
 „ TEM, quovis modo à Deo  
 „ Homini propositam, quærit, &  
 „ quovis Conscientiæ testimonio,  
 „ duce *Lumine Vita Verbi*, conse-  
 „ qui satagit. Nec enim opus est  
 Adspectu Principis, aut Legum  
 cognitione cuivis Agricolaë, ad  
 hoc, ut sit optimum Regni mem-  
 brum, sed *Bonorum Omnium Consen-*  
*sus illi* pro visione Principis est.

22 „ ECCLESIA singulis  
 „ ætatibus, per Virtutem Sacra-  
 „ mentorum concurrento suo  
 „ SPONSO Omnes illumi-  
 „ nanti, dat *Vitam* implicitè To-  
 „ tius communis Ecclesiæ mem-  
 „ bris, per Opera bona facta in  
 „ Christo sibi conformibus, Vi-  
 „ tam inquam Gratiæ sibi conces-  
 „ sæ: sicut Patrimi & Matrimæ  
 „ dant Infantibus & nutris ejus-  
 „ dem, quarum Ecclesiæ habent,  
 „ Fidei communionem. Sic fit V-

„ num OVILE, & Vnus PA-  
 „ STOR interim, quoad manife-  
 „ stetur JESUS IN NOBIS. Sic  
 „ sensim opus in genere Humano  
 „ redite Fidem & contemplatio-  
 „ nem Vnā implicite aut explicitē  
 „ positas, ut sit in Omnium Cor-  
 „ dibus ita scripta Lex divina, ut  
 „ congruenter Naturæ vivere,  
 „ sit, secundum Gratiā & pri-  
 „ mam DEI intentionem vivere.  
 „ Nam quamdiu per Religionis  
 „ præscriptum aliquid observa-  
 „ tur, quod à Naturali abhorreat  
 „ Judicio, nondum Venit illa Lex  
 „ finalis, quam DEUS ordinave-  
 „ rat à Principio, quā, in corde  
 „ scripta nō egeat aliquis, ut doceas-  
 „ rur à proximo de DEI cognitione.

23 Licer enim interpretes no-  
 „ stri hoc adtribuunt Evangelicæ  
 „ Legi; tamen, quamvis maxime sit  
 „ verum, ut tamen ad hanc Legem sit  
 „ intellectum & Enucleatum Evanges-

*lium*, verum non est. Nam perinde jam, ut in Philosophiæ præscripta, sine ulla refutatione, Omnes concurrunt Homines iudicio naturali præditi, sic spontè in „ Euangelii Verba iurassent. Eu- „ angelium quidem Æternum „ est; nec unquam mutabitur, „ aut unum Jota aut Apex unus „ excidet ab eo. Est enim illius „ præscriptum in GENESI ad „ finem usque APOCALYP- „ SE Ω Σ. Restat igitur, ut Vero, „ altissimo & finali sensu ita de- „ claretur, ut planè NATURÆ „ pèt Omnia consentiat. Et sic „ Verificabitur præoccupata Ve- „ ritas, quæ Euangelium asserit „ esse Naturaliter scriptum in „ Cordibus.

24 „ Ad hoc itaque, ut usu Sa- „ cramenti, sub quo vis Cibo & „ Potu inscienter sumti, & Cor- „ pori Humano apponit præpa-

„retur Totus Homo ubivis ter-  
 „rarum dispersus, baptizatur  
 „Flaminis Baptismo, antea soli  
**CHRISTO & ANGELIS** co-  
 gnito, ut quam, instar Pueri adole-  
 verit in Conscientiæ Reformatio-  
 ne, fiat Capax ipsius CHRISTI p  
 Naturam & Gratiā ex æquo, O-  
 mnibus uniti, &, pro capacitatis  
 modulo, in Singulis manifestari.

25 Quum autem sacro-sanctæ  
*Synæus, mysterium* inter cætera,  
 Patres charissimi, videbitis, Na-  
 turā duce, ita ad capacitatem no-  
 stram accommodari, ut non tan-  
 tum Rationem humanā non ef-  
 fugiat; sed ita ad æquatā Veritate  
 capiet, ut nulli planè Intellectui  
 necessarium non videatur myste-  
 rium, éque Naturæ penetralibus  
 desumptum, tunc reverā poteritis  
 „judicare, in cæteris sacrorum  
 „Librorum mysteriis Naturalia  
 „subesse mysteria. Nam si quod  
 „Magis

Magis inest, & id quod minus...

26. Directoriam itaque solum  
& non amplius Coercitivam esse  
Legem opus est, & in *Vnum* re-  
duci præscriptum, *Naturalis* &  
*Divina*, postquam abolita fuerit  
*sensim* Iniquitas Terræ. Pereant  
enim ita Impii, ut non sint, opus  
est, antequam benedicat Anima  
solida DOMINVM, Ideò  
permisso adhuc Magistratibus  
correctorio Judicio, CHRIS-  
TUS satis habet temporariâ  
Cruce filios DAVIDIS corri-  
gere, inque Virgâ Visitare iniqui-  
tates eorum.

27., Hoc facite, Patres, ut  
nemo perfunctoriè Hæc scripta  
legat, quia Nostra non sunt, sed  
CHRISTI, sensibilibiter in  
Nobis EUANGELIUM  
suum exponentis. Meum Of-  
ficiū est, Vobis & Universo  
Mundo proponere, ut Posteri-  
tati,



red ALIA EPISTOLA

tati, cum visum fuerit, tradatur.

Perpendite, statuite, Valet in  
CHRISTO, Membra ip-  
sus Sanctissima.

*Inutile servorum Dei Mancipium*

ELIAS PANDOECHÆUS.

(IV.) Alia

POSTELLI EPISTOLA

ad D. C. S. 1553.

1 **E**T SI SPIRITUS ille  
æmulatorius, quo Prin-  
ceps Prophetarum ELIAS ur-  
gebatur, cum, se solum fuisse in  
ISRAEL relictum, penes DO-  
MINVM quereret, me vehe-  
mentissime permoveret, ita ut, si  
meo obsequeretur ingenio, vix e-  
tiam superesse ipsius ELIÆ Spi-  
ritum crederem, nedum Septem  
millia Virorum, qui ante Baal  
genu non curvaverunt.

2 Tamen cum Ratione natu-  
rali,



sal, Relituta à CHRISTO,  
 perpendo, & secretior VERBO  
 DEI mentem adhibeo, reve-  
 ra Conspleo, non tantum in  
 ISRAEL, sed & in Gentibus,  
 ita diffusum esse SPIRITVM  
 S. ut, quicunque pro sua Con-  
 scientia testimonio, fecerit BO-  
 NVM, Hic acceptus sit DEO.  
 3 Nam ea de se ille, cuius Or-  
 mines sunt ANIMAE, qui nihil  
 odit eorum quae fecit; qui vult  
 Omnes Homines salvos fieri; &  
 qui est SALVATOR OM-  
 NIVM, & maxime Fide-  
 rum; Illuminat Omnem Ho-  
 minem Venientem in hunc  
 Mundum. Maximamque illi  
 Tyrannidem in hunc Mundum  
 introducere satagunt, qui, nun-  
 quam habere RESTITV-  
 TIONEM OMNIVM,  
 sibi persuadent, ut plura videa-  
 tur SATANAS destruxisse,  
 quam

„quàm poterit CHRISTVS  
„restituere.

4. „O summam Impietatem!  
„SATANAS Homines, ad  
„hanc diem nullo patenti signo  
„perdidit: & CHRISTVS se-  
„creto atq; interiori Verbo, Spi-  
„ritu, Afflatu, Modo aut FID E,  
„nullo Exteriori Verbo infusâ,  
„non poterit tantum Salvando,  
„quantum SATAN Perdendo!  
„Hinc quasi jam sint Universi  
„Domini, qui se *Evangelistarum*  
„nomine venditant, omnes vo-  
„lunt in *Sua* verba jurari. Hinc  
„ex *Vnâ Ecclesiâ* Singulas sibi pro-  
„prias excogitarunt: longè majori  
„Tyrannide, quàm qui palam in  
„Babylone agunt. Quisquis non  
„jurat in eorum Verba, Sensâ,  
„Confessiones, asserens: *Ecce!*  
„Hic EST CHRISTVS:  
„fit statim Apofynagogus. O  
„miserandam Phylautian!

5 Volui

5 Volui itaque hoc nomine ad  
 T E , ò A N I M A *Felix* , & per  
 T E , ad alios omnes , quotquot  
 in Homine hoc non varios Cultus,  
 Ritus, aut decreta, sed veram,  
 D E I Opt. Max. *Imaginem* agnos-  
 cunt, scribere, ut N A T U R A M ,  
 cujus causâ factus est M V N -  
 D V S , semper ad Externa &  
 mortua Elementa alligato con-  
 tendentes, reprobentur: à quo-  
 rum Judicio quàm vehementer,  
 postquam cum illis sum congressus,  
 abhorream, Tibi significan-  
 dum duxi.

6 Ubi enim in illud tuum  
 Scriptum, quod etiam ab O. L.  
 laudatum & probatum est, inci-  
 di, D E U S bone, quantum ad-  
 mirari Spiritum D E I in To lo-  
 quentem incepti!

7 Perge itaque, *Anima Sancta*,  
 perge inquam colligere & cohof-  
 tari dispettas C H R I S T I Q-  
 ves,

tes, & quæ sacro-sancto Spiritu  
sunt in Verum & Christi-formæ  
BAPTISMA conductæ, & ab  
Infectorum Elementorum Tyrani-  
nide omnino per CHRISTUM  
, liberatæ, per Ejus secundarium Ad-  
ventum; cujus Testis ocularis,  
, & quo vis sensu informatus, Ti-  
, bi fidem facio. *Joan. 1. 2 V. 3*

Quis enim non esset Bo-  
num & etiam ADJUTORIUM Jus-  
tum Soldum esse, ante Peccatum,  
etiam in Paradiso ipso ut solus es-  
set, sed illi necessarium esset, ut  
ADJUTORIUM illi simile,  
de Ejus ipsius Substantiâ extrahe-  
retur, ita ut eadē Substantia Hū-  
manitatis, generatis sub Utroque  
Sexu, exprimeretur.

9 Sic non esset Bonum ut A-  
DAM NOVUS esset solus, ni-  
si daretur illi ADJUT-O-  
RIUM personæ, de Ejus  
Substantiâ, spirituale, simile  
IPSI.

IPSÍ. Nam CORPUS Spiritu-  
 , tuale & Cæleste, quodque in  
 , CHRISTO est Inferius, ne-  
 , cessario est in omnia membra  
 , sua transfundendum. Sed ante  
 , omnia in EVAM NOVAM,  
 , quæ Restitutæ Naturæ est Au-  
 , thor, in suo Sponso; sicut &  
 , Ipse fuit Restitutæ GRATIÆ.

10 Nam utrumque perdi-  
 , dimus, hoc est, GRATIAM  
 , & NATURAM Bonam.  
 , MATER itaque Mundi, quæ  
 , CHRISTUS, in Sui parte  
 , Inferiori, est, restituit Omnia.  
 , Quia Omnes, prius Dammati  
 , quam Nati, nesciunt quid fa-  
 , ciunt. Ipsa est *sacro-sanctus* ille  
 , SPIRITUS & CORPUS  
 , Cæleste, sive Spirituale; per quod,  
 , sine Externo Ministerio, infun-  
 , ditur Vera & Rationalis, Naturá-  
 , lisque Cognitio, & *Dei summa*.  
 , Hinc infunditur CHA-  
 , RI-

RITAS; hinc, eò quòd ex Maternitatis Radice procedit, hæc MISERICORDIA, nomine רַחֵם RACHEM-IM

est ab Hæbræis vocata: eò quòd in Vulvâ seu Matrice illam omnes perdidimus. Unde Spirituali Corpore inde repeti omnino necesse est.

12 „ Nam alioqui, nisi Renascamur spiritualiter ex parte Patris, proculdubio Satan remaneret Victor in Sexu, filios suos non regenerante. Non autem tantum *Inherenter* Restitutionem ab utroque parente, sed etiam *Substantialiter* in singulis adfore necesse est, etiam Gratiâ, & Naturâ, per Gratiâ restitutâ. „ Mater ipsa Mundi me cohortatur, ut ita de suo Genere ipsius Primogenitus censeam, Tequæ in hac sententiâ corroborem.

13

CHA-

„**CHARITATE** itaq; con-  
 „summati Omnia, relictis Riti-  
 „bus, necesse est, cum Lex scripta  
 „in Cordibus Videbitur.

13 „Opus enim est, ut *Duplex*  
 „adsit in Restitutis **SPIRI-**  
 „**TUS**, ut *Helisæus* ab *Heliâ* po-  
 „stulavit: Unus pro parte supe-  
 „riori, Paternâ & Mentali, in  
 „Cerebro; ad Restitutionem  
 „**ANIMORUM**: & Hic da-  
 „tus fuit Apostolis. Alter, pro  
 „parte Inferiori, Maternâ &  
 „Spirituali, (Mens enim & Spi-  
 „ritus sunt tanquam Masculus  
 „& Fœmina) in **CORDE**, ad  
 „Restitutionem **ANIMARUM**.  
 „Et fiat & videatur esse Spiritua-  
 „le, quod erat Animale.

14 Nam ad Restitutionem O-  
 mnium Necesse est ut *Duplex*, aut  
 duplici ratione aut Origine, **IM-**  
**MORTALITATIS** in nobis  
 restituatur: Sicut in *Patre* & in

Matre duplicem omnes perdidimus, & sumus bis occisi.

Hoc secundo & Materno, hoc est, in Naturam ipsam Inferiorem transfuso SPIRITU, nonētur nunc reverā ex CHRIS-

TI inferiori parte, Omnes illi, quotquot secreto D E I

V E R B O, dicam lege, in Omnium Cordibus scripta, Vo-

lunt Mundum coalescere, non ex præscriptis illis Externis, qui-

bus reverā majorem Tyrannidem invchunt in Mundum

Novi P H A R I S Œ I, quā-  
buntquam fecerint (Antiqui.

Ideo tam seva Invidia in-  
Te movetur, & impellunt scip-

fos, cum in alios omnes, qui Spi-  
ritu Lenitatis sequuntur, cum in

Te unum, qui illocum Hypocri-  
sin & ambitionem decere au-

sus es. Sed perge, & animo con-  
stanti esto.



17 Nam propè adest *Dies DOMINI*: jam enim æquavimus in Hoc primo Legis *GRATIÆ* tempore, periodum Legis *NATURÆ*; usque ad *DILUVIUM*, cum fuit decretum; relictis, per Pænitiæ tempus, C. Annis, donec fabricaretur *Arca*. Erat enim Annus 1556 à Mundi principio.

18 Lex *Mosis* ferè tantundem, plus aut minus parum admodum, duravit. Dixit autem *PATER* meus; sicut in diebus *Noæ*, ita erit *Adventus Filii Hominis*. Hoc ipsum, sicut capio, & in Tempore & in Mundo, Unâ cum circumstantiis, certè *Rerum Conversio*, & *finis Babylonici Mundi*, & *principium VENTURI SECVLI* instat!

19 Ideò ad Te, ut Te ante alios præmoneam, Scribo, ut satagas erga illos, qui tibi consentiunt,

F

tiunt,

tiunt, fungi *Præmonitoris* officio,  
ut à Venturâ I R A caveant. V A-  
L E.

20 Venetiis, 14. Augusti,  
1553. in Giuntæ Librarii ædibus :  
si forsitan Tu aliquid ad nos  
scriptum volueris,

*Tuus ex animo*

GUIL. POSTELLUS.

(V.) Scripta

P O S T E L L I

*insigniora (a.) edita.*

1 ALPHABethum & Hi-  
storia XII. Linguarum  
Parisiis 1528 Lescuier.

2 De Originibus, Antiquitate  
& Affinitate Linguæ Hebr. ibid.

3 De Orbis Terræ Concordiâ  
libr. 4. Basil. apud Joh. Oporin.  
1544.

4 Πανθενωσία, de compositio-  
ne omnium dissidiōrum : seu,  
Tubæ

Tubæ penultimæ stridor Helix  
Pandochæi. ibid.

5 Candelabri Typici inter-  
pretatio. Venet. 1548.

6 De Nativitate MEDIA-  
TORIS ultimâ, nunc futurâ, &  
toti Orbi Terrarum, in singulis  
Ratione præditis manifestanda.  
Basil. Joh. Op. 1547. in 4.

7 Absconditorum à Consti-  
tutione Mundi CLAVIS, &c.  
ibid. 1546.

8 De Originibus Gentium  
Orientis, & Mysteriis Brachma-  
num, ex libris Noachi & Hano-  
chi, ibid. 1553. in 8.

9 De æterno CHRISTI  
in Inferioribus Regno, ex Zoha-  
ris & 72 Senior. libr.

10 Admirabilis Judæorum  
clausorum seu X. Tribuum Hi-  
storia. Item *Aristoteles* Ingenia  
Mundi obcæcans.

11 Chayæ seu Evæ prophetiæ

è Razielle, ex libro Bahir. cum Apologiâ, de ratione tanti Mysterii.

12 De admirandis Numerorum Platoniorum secretis, & divinæ Virtute *Intelligentia* in illis absconditæ; ex Platonis Pythagoræque Præceptorum commentariis.

13 De Vinculo Mundi, seu Fide. Paris. 1551.

14 De Causis & Originibus, seu Principiis Nat. ibid.

15 Abrahami Patr. liber Jezirah. ibid. 1552.

16 De Etruriæ Virginibus, & *Aurei seculi* Doctrina & Vita præstantiss. Florent. 1551. in 4.

17 De Phœnicum literis, & primæ Linguae Mundi admirandis. Paris. 1552.

18 Tabulæ in Astron. Arithm. Music. ibid.

19 De Stella peregrina, quæ  
Anno

Anno 1572 apparuit, Iudicium.

20 Syriæ descript. & typus Futurorum. Paris. Gallicè cum N. Test.

21 Evasio falsorum *Aristotelis* dogmatum. Paris. ap. Nivellium 1552. (b.) non edita.

I Abscondita à Constitutione Mundi, de Naturæ Humanæ Restitutione, in eam Conditionem, quam ante Peccatum habebat; nunc affuturâ in Inferioribus, cum magno fœnore : in quo continentur.

I Clavis Scripturarum : quâ ad Interiora itur Velaminis.

II Ostium apertum æterni Mysterii.

III Septem Sigillor. Libri ab Agno aperti, reſeratio.

IV Euangelium Æternum: seu Naturæ & Gratiæ Conjugium, ad Concilium divinitus coactum Vbivis. (ap. Oporin.)

2 De

2 De formidando E L I Æ adventu , nunc in Spiritu futuro, sicut in Johanne erat , in Mente suâ , Virtute & Spiritu. Ex 72 Senioribus Moïf. Satanam per Messiam destruendum , in isto Mundo inferiori.

3 De æternâ rerum Dispositione, in figurativâ Genesews futurâ Judæorum , Christianor. & Ismaëlitar. Historiâ : quæ contigerunt & usquam contingent.

4 Versio Arboris divinæ Dispositionis seu divinorum Nominum ex Hebræis ante M. Ann. MS. <sup>tis</sup>. Omnium Restitutionem fore in X Nominis Virtute, quod est A D O N A I. &c.

5 De Fæminæ naturæ excellentiâ & C H R I S T I Sponsâ. Gallicè.

6 De Monarchiâ & Monarchâ Divino , Cælesti , & Humano jure electo , vel eligendo ad  
tol-

tollend. Tyrann. Gallicè.

7 Volumen Prophetiarum  
diversarum Gèntium de Monar-  
chiâ, &c.

8 Opus de summo Latinæ  
Historiæ Capite Noacho, & ejus  
pacto sempiterno, cum *Aurei Se-  
culi* concordia.

9 De Summâ nobis in hâc Vi-  
tâ apprehensibili, ad facult. Paris.

10 De Orbe Terrarum in XII  
Sedes primarias & LXXII Præ-  
fecturas, sub Monarchiâ Chri-  
stianissimâ, dividendo & admini-  
strando.

11 De formâ Eupolitiæ, seu  
Opus Reformationis, ad *Aurei  
Seculi* Vitam, duce EUangelio,  
restituendam.

12 De admirandis Indiæ &  
situ Paradisi.

13 De *Aurei* seu futuri *Seculi*  
doctrinâ.

14 De Satanicæ Monarchiæ

destructione, ex DaniEle, mox futurâ.

15 Consultatio ad æternum Germanis Imperium constitutum.

16 Contra Atheos, de doctrinâ CHRISTI, ex Lumine Gratiæ & Naturæ.

17 Discussio de Versione BIBLIORUM.

18 De Filio perditionis & ejus ruinâ.

19 De Turcar. & Ismaëlitarum Fatis.

20 De raris & posteritati notandis Historiis.

21 De admirandis Rebus, quæ à L. Annis contigerunt usque ad Ann. Sal. 1553. & quæ inde ad An. 1583. contingent.

22 Vitæ illustrium & novarum, ac quasi-impossibilium, nec antea cognitarum rerum Inventorum historia.

23 Ima-



23 Imagines Cæli, ad puras, sine fabulis, Figuras reductæ.

24 ZOHARIS opus super librū Genesew, ex Chaldeo translatum : in quo innumera latent secreta & Myſteria : ac ostenditur priscam Moſaicorum doctrinam eſſe conformem Euangelicæ ac Reformationi Judaicæ.

25 Liber BAHIR, id eſt, LUCIS, ex Chald. de ſucceſſu R. CHRISTI.

26 Commentarius *ſuper* Abdiam : de expeditione in Terram S. per Gallos aut Victos aut Triumphantes : & de Noachi, Adami & Chriſti ſepulchris recuperandis. in Româ, Damasco & Hieroſol. ut exſpectant Orientales Occidentalium Chriſtianorum ſuppetias.

27 Quatuor Pſalmi ſuper liis 22 in 7 verticibus candelabri : de VICTORIA CHRI-  
F 5 STI

STI per suos, & *Monarchiâ Gallorum*, ad R. C. constituendum.

28 Commentarius in Apocalypsin, opus ad illustrationem.  
SPIRITUS & MENTIS  
traditum.

29 Commentaria in Vniverfos S. Scripturæ libros.

30 Advexit præterea POSTELLUS ex peregrinationibus suis Duabus in *Syriam* & Regiones ad Orientem sitas, quam plurimos optimos LIBROS, Arabicè & aliis Linguis externis scriptos: de quibus, ut & His apud Oporinum latentibus, vide Bibliothecam Gesneri à Frisio & Simlero contractam, sub lit. G. pag. 309. Item Johan. Wolfium in Memorabilibus. Tomo. 2. pag. 458.

DISCE. AGE. SAPE.

(VI.) CLA-

(VI.)

CLAVIS EDITORIS

ad

LAVEM AUTHORIS.

Salve Philomyſta.

**C**LAVEM tibi damus  
 ad Interiora *Domus* : Tu  
 ut eam manibus accipe , nec il-  
 lis pedibus ingredi : ad *Di-*  
*is* enim *Caste* adeunto , Lex est.  
 Quod si , ex MYSTARUM  
 secretis & Secretis , PAN-  
 a ius adtraxeris , & Τετραχόρδο  
 t *Quadrigam* præcognoveris  
 POLLINIS ; scientiam de  
 מרכב , seu *Currum IsraELis* , cum  
 liquis Kerubinicæ , seu Biblicæ ,  
 sapientiæ ROTIS atq; Sephiro-  
 , facilius deinceps & felicius ,  
 ad dubiò , cognosces. Hoc  
 men discrimine , quòd ibi Poë-  
 co , hic Prophetico sacri Spiri-  
 is afflatu & affatu tactus &  
 F 6 actus,

120 CLAVIS EDITORIS ad  
actus, tinctus & unctus, evase-  
ris oppidò *Divinus*.

2 Et hoc Mysta noster, Capite  
inprimis XV, intendit, dum Men-  
tem, DEI & NatURæ magnalia  
& mirabilia contemplantem, ad  
Interiora Velaminis *aterna Veri-  
tatis* cognoscenda atq; percolen-  
da, fideliter introducit. Idque  
mystico sacræ M O N O -  
T R I A D O S artificio :  
quo Tria Rectæ, vel & Circuli  
aut Trianguli Puncta, in *Quartum*,  
scu Radicale divinissimæ hujus  
scientiæ C E N T R V M, velut  
ad Unitatem, ac adytum *Deifi-  
cationis* sacro-sanctum, coagmen-  
tantur & obfignantur.

3 Plura hujus farinæ grana  
colligere, & mastigando medul-  
litus intelligere si desideras, post  
sacra B I B L I A ( τὰ τῆς ψυχῆς  
φάρμακα ) *Abbatem Ioachimum,*  
*Iohannem Picum, Iohannem Rauchli-*  
*num,*

*num, Henricum Cornelium, Franciscum Georgium; Paulum Scalichium, Paulum Brunum, Jacobum Brocardum, Guilielmum Onciacum, Iordanum Brunum, Petrum Bongum, Iulium Sperterum, Philippum Ziglerum, Iohannem Burcum, & reliquos; vel & majorum Gentium Myllas, Græcos, Chaldæos, Hebræos, adeas; &, quid illi de sacrorum Nominum, Numinum & Numerorum (non Nummorum) mysteriis & Arcanis, scriptotenus, aut oretenus potius, auditoribus suis dignis, hoc est Fidelibus & morigeris, tradiderint, audias & attendas.*

4 Verum & *Hic* mentem adhibe, &, quæ suo pro Tempore & ingenio, rimanda & miranda proposuit Autor, Oculo ac seculo huic nostro convenienter explicanda & applicanda crede, & firmiter tibi persuade. Sic colliges,

ges & intelliges, *Scripturam* cum *Naturâ*, & *Naturam* cum *Scripturâ*, suavi & felici Conjugio maritatum, per infinita innumerabilium ( *infinitum enim est DE I Verbum* ) Numerorum & Sensuum mysteria, non tamen, nisi *Vnum*, & perpetuò sibi *Conformem*, in Omnibus & per Omnia SENSVM, & à Constitutione Seculi prædestinatum & absconditum MYSTERIUM, JESUM nempe CHRISTUM, Mundi Salvatorem, & Hunc quidem DEVM, *Pro Nobis*, Incarnatum, Crucifixum, Resuscitatum, & Exaltatum; vel &, secundum Mysterium & Analogiam FIDEI, *In Nobis* omnibus & singulis credentibus, usque ad Consummationem Seculi, quotidie spiritualiter Incarnandum, Crucifigendum, Resuscitandum & Exaltandum, proponere & exponere fide-

de-



13  
1-  
1,  
1-  
L  
:-  
O  
1-  
ri  
1.  
S  
&  
is,  
li-

A

122  
ges  
Nai  
sua  
tan  
liui  
bun  
my  
& p  
mn  
&



R. NATUR

H. Naturalis

O. Rationalis.

LEGIS.

T. E

M.

N.

E. P. A. I. K. I. S.

180



deliter & sapienter. Ita, ut Tandem Omnia , sive Paganorum, sive Christianorum, adeoque totius NATVRÆ & SCRIPTVRÆ Conchordantis Testimonia , Huic Uni , Soli, Vero ac Vivo DEO applicari, omnemque Linguam & Spiritum fari & fateri necesse sit, quòd H. I. C. JESUS sit CHRISTVS Ha immanu Æl, Verus DEUS, & VITA aeterna : qui In Omnibus, & In quo Omnia. BENedictus in Secula.

H A L L E L U - J A H !

*Sequitur*

TABULA CLAVIGERA

*ad Intelligentiam C A P. XV.  
facilius assequendam, abbreviata.*

ROTA

<sup>^</sup>  
<sup>ω</sup>  
**T**

<sup>5</sup> <sup>6</sup> <sup>7</sup> <sup>4</sup> <sup>3</sup> <sup>2</sup> <sup>1</sup>  
**ELIAKIM.**

Filio Helk I H V, Esai. 22. v. 20.

Angelo PhilaDelphiae ApO. 3. v. 7.

(Illius in ARabia deserto, non procul  
 à Sabâ MAGOrum; ubi CHRISTVS,  
 Spiritu actus, post Baptisma, xxxx  
 Diebus & xxxx Noctibus jejunavit, &  
 à Diabolo TE R tentatus, VICIT.  
 Matth. 4. Marc. 1. Luc. 4. ApOcA.  
 3. v. 10.

**SANCTO!**

**VERO!**

Habenti C L A V E M David:

Aperienti, & nemo claudet:

Claudenti, & nemo aperiet.

Iob 12, 14. Esai. 22, 22.

**S**


A + O


M D C

X X X


V V V

D. 25. M. Marti.


In VR () cujus

Insignia, () Coronata.

GNATIGRATIBUS



VERITATEM



Lucæ xi. 52

VAE vobis Legis-paritis. quia tulistis CLA:  
VEM SCIENTIA: ipsi non introistis. et  
introeuntes prohibuistis;

(VII.)

## CONJECTURA D.G.S.

Comitis de Clarâ Valle.

**A** **D**E tempore Adventus  
**C**H R I S T I, ad Ju-  
 dicandum & possidendum R E-  
 G N U M super Orbem Terræ fu-  
 turum; quod I P S I ac Populo  
 ejus paratum fuerat, à Constitu-  
 tione Mundi, super Terram, seu  
 subter omne Cœlum.

*Ex dictis S. Scriptura*

1. Hebr. 2, 5, 8. 10. 12. Matth.  
 25, 34. Gen. 1. 26. 38. Dan. 7, 18.  
 22. 24. Apoc. 20. 4. 5. 6. Colof.  
 3. 3. Rom. 8. 36. Psal. 70, 20. 87,  
 5. 7. 137, 7. 142, 11, 12. Mal. 4. 2.  
 Joh. 2. 19. 24. Osc. 6. 2, 3. 2. Pet.  
 3, 8.

2 S C R I P T U R A prædicit,  
 Resurrectionem primam mor-  
 tuorum ex Tribulatione magnâ,  
 tan-

tanquam ex morte, simulque Or-  
tum- S O L I S. Justitiæ post diu-  
turnam caliginem, sive Revela-  
tionem REGNI CHRISTI,  
eventurâ cùm Manè, tùm Vesperî.

3 Manè quidem die Tertiâ,  
unius Tridui naturalis xxiv. Ho-  
rarum, ut E C C L E S I A, Cor-  
pus CHRISTI Spirituale,  
quod simul cum CHRISTO  
nato mori seu tribulari cæpit, non  
apparente Vitâ ejus, CHRIS-  
T O, reviviscat; Horâ no-  
vissimâ, quæ est *Quadragesima*;  
sicut Corpus ejus naturale mor-  
tuum Horâ Nonâ sextæ feriæ,  
revixit Manè die Dominicâ,  
post xxxix Mortis horas. Ho-  
ra autem XL<sup>ma</sup> cæpit simul cum  
Anno M D C. xxvi. cujus finis in-  
cidit in ultimam Augusti, ANNO  
M D C I X V I I. quia apud Deum  
xxiv. Horæ, seu Dies Unus, sunt  
Mille Anni.

4 *Vesperî*

4 *Vesper*i autem unius Diei artificialis : cujus partes æquales sunt Horæ *Duodecim* inæquales Diluculum, Meridies & *Vespera* ita ut Diluculum & *Vespera* sint Trium, Meridies autem Sex horarum. Hic autem Dies C H R I S T I , â primo usque ad novissimum Annorum , & expeditio- nem G O G , complectitur bis Mille annos : cujus Diluculum producitur usque ad annum D , quo incipit Meridies , simulque obscuratio Solis , Lunæ & stellarum ; collocatio Abominationis in loco Sancto, sive magna Tribulatio , usque ad Horam Decimam , quæ est Prima Vespertina, incipitque cum Anno M D , & finitur ultimâ Augusti , Anno M D C . L X V I I .

5 Hæc hora *Decima* est novissima in hoc præsentī seculo , manente primo Cælo , & primâ Terrâ

**Terrâ** , quia post eam **Tempus** non erit amplius huic seculo : peribunt enim **Cæli** & **Terra** Igne **Bellorum**, ante **CHRISTI** Adventum inflammati ; & **Mare** exsiccabitur & esse desinet. Id est, **Pastores** & **Doctores** ( qui erant **Cælum** , **Sol**, **Luna**, **stellæ**, **Nubes**) & **populi Christiani** ( qui erant **Terra** ) omnes consumentur **Intestinis Bellis** : & **Mare** ( seu persecutionum fluctus ab **Antichristo**) absorbebitur & exsiccabitur. Veniensque **CHRISTUS** , non in **Carne** , sed in **Spiritu** , quem emittet ex semine vel **Reliquiis** **populi sui** , per **Ignem** & **Aquam** traducti creabit **Cælum novum**, & **Terram novam**.

6 **CÆLUM** erunt **CXLIV** **Millia** **spiritualium IsraELitarum**; in quibus habitabit, velut in **Throno** sedens! **TERRA** tanquam **Scabellum** ante **Thronum** ejus

ejus erit *Turba* innumerabilis, de  
 Tribulatione magnâ venientium  
 & Stolas suas dealbantium; ut  
 intrent in *Novam Civitatem*, cælo  
 demissam, & in Terrâ seminatam:  
 & singulis Mensibus accipiant de  
 LIGNO VITÆ; cumque  
 CHRISTO regnent, donec  
 consummentur M. Anni: & pau-  
 cis annis, post extinctum G O G,  
 Veniente CHRISTO in Carne,  
 simul cum Electis ex morte Re-  
 suscitatis, rapiantur in CÆLUM.

*De his videantur Dicta Scriptura*

Apoc. 10, 7. 21, 1. Psal. 101, 26.  
 27. Matth. 24, 35. Isai. 9, 5. 19.  
 42, 25. Psal. 20, 10. Zach. 10, 41.  
 Isa. 44, 27. Psal. 88, 20. 92, 4.  
 103, 30. Apoc. 7, 4. 9, 14. 14, 3.  
 4. Isa. 60, 13. 11, 9. 10, 21. 24, 13.  
 Apoc. 12, 15. 16. 22, 14. Soph. 3,  
 12. 13. 2, 9. Zach. 13, 8. Ose. 2, 23.  
 Isa. 65, 8. 9, Apoc. 22, 2. 21, 4. 5. 6.  
 Isa. 11, 11. i. Thes. 4. 15. 16. 17.

*Eadem*



*B. Eadem Clarevallensis sententia  
clarius proposita.*

**I** **Q**UOT Horis **CHRIST**I Corpus Naturale jacuit in Sepulchro, tot etiam Horis Corpusejus Spirituale, sive Mysticum (id est **ECCLESIA**, sive populus Christianus Colof. 1. vers. 18. 24.) debet jacere in Morte (id est, debet purgari, seu Tribulationē magnam & Captivitatem sustinere) & postea Resuscitari seu vivificari: id est, ex Captivitate aut Tribulatione suā liberari, Osee 6. vers. 3. vivificabit nos post Duos dies, in Die Tertiā suscitabit nos; & vivemus in conspectu Ejus: sciemus, sequemurque, ut cognoscamus Dominum, &c. Joh. 2, v. 19. 21. Solvite Templum Hoc, & in Tribus diebus excitabo illud. Ille autem dicebat de Templo Corporis sui: quia scilicet Corpus

pus Ejus *Templum* D E I erat :  
 quomodo etiam E C C L E S I A  
 D E I Templum, seu Taberna-  
 culum vocari solet. 1. Cor. 3.  
 v. 16. 17. 2. Cor. 6. v. 16. Levit.  
 26. v. 11. 12. Philip. 3. v. 20. 21.  
 2. Tim. 2. v. 12. Soph. 3. Dan. 7.  
 v. 26. Joel 3.

2 At C H R I S T I Corpus  
 naturale, jacuit in Sepulchro *Tri-  
 ginta novem* horis, & Resurrexit  
 à Mortuis Hora *Quadragesimâ*.

3 Ergo etiam tot Horis Cor-  
 pus Ejus Myisticum debet jacere  
 in Morte, & postea revivificari.  
 C H R I S T U S expiravit horâ  
*Nonâ* feriæ sextæ, ( Marc. 15.  
 v. 34. 37.) & revixit horâ Tertia  
 decima, primâ Sabbathi, seu  
 Dominicæ Diei. Ita in Morte ja-  
 cuit Tribus horis feriæ sextæ, &  
 xxiv horis Sabbathi, & xii No-  
 cturnis horis Dominicæ: quæ o-  
 mnes faciunt Horas xxxix.

4 Jam

4 Jam autem qui sunt M I L-  
L E Anni numero Hominis  
(Apo. 13. v. 18.) numero D E I  
sunt Dies U N U S Psal. 89, 4.  
2. Petr. 3, 8.

5 Itaque certum & explora-  
tum habemus , Resurrectionem  
ECCLESIAE ex Morte magnæ  
Tribulationis, futuram Die Ter-  
tio, & quidem in Diluculo, quan-  
do Solis regressio à summo Cælo  
videtur Ose. 6. v. 3. Psal. 18. v. 6.

6 Cui consequens est, non es-  
se, cur quis Christum existimet  
moram facere, aut tardum esse,  
in eo quod promisit præstando,  
se scilicet *Tertiâ* die adventurum,  
ad vivificandum seu redimendum  
Spirituale Corpus suum , Re-  
gnumque Mundi hujus subver-  
rendum. Aggæi 2. v. 23. Apoc.  
11. v. 15. 17. Soph. 2. v. 11. Psal.  
109. v. 5. 81, 5. 8. ut Ipse cūm  
Electis suis Regnum & Potesta-  
tem

^  
ω  
T

5 6 7 4 3 2 1  
E L I A K I M.

Filio Helk I H V, Esai. 22. v. 20.

Angelo PhilaDelphiæ ApO. 3. v. 7.

(Illius in ARabiæ deserto, non procul  
à Sabâ MAGOrum; ubi C H R I S T V S,  
Spiritu actus, post Baptisma, x x x x  
Diebus & x x x x Noctibus jejunavit, &  
à Diabolo T E R tentatus, V I C I T.  
Matth. 4. Marc. 1. Luc. 4. ApOcA.  
3. v. 10.

S A N C T O !

V E R O !

Habenti C L A V E M David :

Aperienti, & nemo claudet :

Claudenti, & nemo aperiet.

Iob 12, 14. Esai. 22, 22.

S

A + O

M D C

X X X

V V V

D. 25. M. Marti.

In VR (☩) cujus

Insignia, (☩) Coronata.

Suspicionem nihilominus mover, venturum priore dimidiâ Horæ illius Noctæ ante Kalendas scilicet Novemb. Anni MDCXLVI. Quoniam propter Electorum suorum periculum & assiduum clamorem instatur Dies Tribulationis abbreviatum iri. Matth. 24. v. 22. Deumque vindictam Electorum die ac nocte ad se clamantium, citò facturum, Luc. 8. v. 7. 8. Sophon. 1.

10 Verumtamen etiamsi posteriore dimidiâ Horæ Quadragessimæ parte CHRISTVS adveniat, hoc est, post Annum demum 1646. aut 1656., adhuc satis citò & festinanter venisse censebitur ab illis saltem, qui divitias Bonitatis, Patientiæ & Longanimitatis DEI contemnunt Rom. 2. v. 4.

*Summaria*

## CONIECTVRÆ ISTIVS

*Conclusio :*

Ex Enchiridio Physicæ Restitutæ  
 auctoris : S P E S M E A E S T  
 IN AGNO : Tr. I. Canon. xxxi.  
 pag. 28. al. 36.

**S**EXTO â Creatione, Tertio  
 ab ortu Solis die, è *Terrâ* surre-  
 xit Homo: quo productionis tem-  
 pore, & Dierum numero, sum-  
 mum MYSTERIUM adum-  
 bratum est ! Quemadmodum e-  
 nim *Quartâ* Creationis Die, in  
 Vnum SOLIS corpus universum  
 Cæli Lumen coactum fuit; â Ter-  
 tio autem Die nati *Solis*, qui  
 Sextus fuit Creationis, Terræ Li-  
 mus VITÆ SPIRACV-  
 LVM. suscepit, & in *Hominem*  
 viventem DEI Imaginem sur-  
 rexit : Sic *Quarto*, Millenario vi-  
 delicet ab Origine Mundi, SOL  
 IN-

**INCREATVS**, *Divina* scilicet Natura infinita, & nullis terminis antè comprehensa, *Humani* Corporis claustro comprehendi, & quodammodo terminari voluit.

2 Tertio autem Die, sive Milenario, Mille Anni siquidem coram DEO sicut Dies VNUS computantur, post primum SOLIS illius Ortum sive Adventum, & circa finem SEXTI Diei, nempe Millenarii, à Creationis tempore, fiet gloriosa *Humana* NATURÆ RESURRECTIO, in secundo supremi JUDICIS Adventu. Quod etiam per beatam illius Tertiâ die Resurrectionem nobis indicatum fuit.

3 Sic arcanam Mundi Ætatem & Fata sub ejus Genesi occultavit Propheta.

(De Numero isto, Moisi. Psal. xc, 4. & Petro, II, 3, 8. proba-

bato , adeoque Scripturæ & Naturæ analogo & concentrico, vide quid scribant *Rabbini*, in *Thalmud* , tract. *Sanhedrin* , in Cap. *Helec*. *Irenæus* lib. 5. adv. *Hæres.* cap. 24. *Hilar.* in xvii *Matth.* *Augustin.* de *Civ. Dei.* lib. 20. c. 7. *Hieron.* in *Pfal.* 89. ad *Cyprianum*. *Franc. Georg. Venet.* *Harm. Mundi* Cant. 4. ton. 2. c. 7. Idem in *Problem.* 318. fol. 111. Tom. 2. Sect. 6. & probl. 327. fol. 112. b. *Galatin.* l. 4. c. 20. M. I. *Gaffarell.* *Curiositez inouyes* chap. 2. Nomb. 6. pag. 34. *Fr. Archang.* *de Burgo Novo* , *Conclus. Kabal.* 9: p. 86. *Petr. Borgus*, de *Numero. mysteriis* , in *Senario & Septenario.*)

I	2	3	4	5	6	7
Q	V	I	E	S	C	E
L	A	B	O	R	A:	
I	2	3	4	5	6.	

SA-



*Sapientia DEI apud Ezram**lib. 4. c. 13. v. 29.*

**E**cce dies veniunt, quando incipiet Altissimus liberare eos qui super Terram sunt. v. 30. Et veniet in **E X C E S S I V M E N T I S** super eos, qui inhabitant Terram. v. 31. Et alii alios cogitabunt debellare: Civitas Civitatem, & locus locum; & Gens adversus Gentem, & Regnum adversus Regnum. v. 31. Et erit, cum fient hæc, & contingent Signa, quæ ante ostendi tibi; & Tunc revelabitur **F I L I V S** meus, quem vidisti ut **V I R V M** (de corde Maris) adscendentem. v. 33. Et erit, quando audierint omnes Gentes Vocem Ejus: & derelinquet unusquisque in regione suâ **B E L L V M** suum, quod habet ad alterutrum. v. 34. Et colligetur in **V N V M** multitudo innumerabilis, sicut volentes

140 SVM. CONIECT. CONCLUSIO  
tes venire & expugnare Eum.  
v. 35. I P S E autem stabit Super  
cacumen Montis S I O N. v. 36.  
S I O N autem veniet, & osten-  
detur Omnibus parata & ædifi-  
cata: Sicut vidisti M O N T E M  
sculpi sine Manibus.

2. Petri 3. v. 3. f.

Venient in Novissimis Diebus  
in Deceptione *Illusores*, juxta pro-  
ptias Concupiscentias ambulan-  
tes, dicentes: V B I est promissio,  
aut *Adventus* Ejus? &c. v. 9. At,  
non tardat D O M I N V S pro-  
missionem suam. Sicut quidam  
existimant; sed patienter agit pro-  
pter Vos, nolens aliquos perire,  
sed O M N E S ad Pœnitentiam  
R E V E R T I.

*Jerem. 23. v. 5.*

R E V E R T I M I N I

*Filii*

H O M I N U M! *Psal. 90. v. 3.*